6
16 0
20

Digitized by Google

DICTIONARIVM
ÆLII ANTONII
NEBRISSENSIS
GRAMMATICI.

Digitized by Google

Digitized by Google

DICTIONARIVM ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI, CHRONOGRAPHI REGII,

Imo recens acceſſio facta ad quadruplex eiuſdem
antiqui Dictionarij ſupplementum.

Quorum
- I. Continet dictiones Latinas in ſermonem Hiſpanum verſas.
- II. Nomina propria regionum, vrbium, montium, fluuiorum, &c.
- III. Neotericas, ac vulgares regionum, & vrbium appellationes viceverſa complectitur.
- IV. Voces Hiſpanas Latinitate donatas.

PRÆTER IOANNIS LOPEZ SERRANI MALACITANI LABORES,
Ex Ciceronis Lexicis, & hiſtoricis, multa, quæ deſiderabantur, addita, Index inſuper
vtiliſſimus, in quo oppoſita, emendatáque quotidiani ſermonis barbaries,
opera M. Ioannis Aluarez Sagredo Burgenſis.

ACCESSERVNT PERMVLTÆ DICTIONES, TVM EX SACRARVM
litterarum, tum vtriuſque iuris voluminibus. ¶ Index verborum veterum, & rarò vſitatorum
apud Terentium. ¶ Dictionarium Arabicum poſitum in calce Dictionarij Hiſpani.
¶ Omnium penè ſyllabarum quantitas annotatur.

ET VOCABVLA QVÆ A M. FR. PETRO ORTIZ DE LVIANDO ANTEA
ad calcem fuerunt addita, in proprias ſedes hoc ☞ ſigno reducta, facilius quiſque inueniet. Aliaque
ſex millia penè vocabula, tam communia, quàm propria, quæ addit M. D. Guilielmus
Ocahaſa, hoc §. ſignum demonſtrat.

TANDEM HAC POSTREMA EDITIONE OMNIA RECOGNITA ET AB INNVMERIS,
quibus ſcatebant, mendis verè vendicata, ac priſtinæ integritati reſtituta. Et vt nihil eius perfectioni deſit,
nunc nouè Hiſpanus ſermo à Latino characterum varietate diſtinguitur.

IOAN. MARIA CARD. GABRIELLIVS

DE FORTI DVLCEDO
Spirinx sculp.

LVGDVNI,
Anno M. DC. LV.

Bibl.: S. Pudentianæ de Vrbe

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

AD MAGNIFICENTISSIMVM, ac perinde illuſtrem D. Ioannem Stunicam, Magiſtrum Militiæ de Alcantara Ordinis Ciſtercienſis; Ælij Antonij Nebriſſenſis Præfatio in interpretationem dictionum ex ſermone Latino in Hiſpanienſem.

VTRVM mihi fuerit honeſtius, atque magis Reipublicæ, in illo clariſſimo Hiſpaniæ, ac perinde totius Orbis terrarum Salmanticenſi gymnaſio artem Grammaticam profiteri, an ampliſſimæ dignationis tuæ contubernio, ac incundiſſima familiaritate frui, multi quotidie à me quærunt, id quod ego ſoleo mecum ſæpè cogitare. Nam fuit (quod ſine arrogantia dictum eſſe velim) profeſſio illa mea vſque adeo illuſtris, vt etiam malevolorum teſtimonio, & inimicorum confeſſione, totum hoc mihi tribuatur, quod Latini ſermonis officinam primus aperui, auſus, quod ait Horatianus ille Catius, nouis præceptis ſigna ponere. Et quod ex vniuerſa propemodum Hiſpania Alexandros, Petros, Helias, & duriora adhunc nomina, Galteros, Ebardos, Paſtranas, & neſcio quos indignos, qui numerantur Grammatiſtas, ac literatores, funditus eradicaui, quodque ſi apud nationis noſtræ homines Romana lingua quicquam eſt, id totum mihi acceptum referri debet. Eſt profecto hac laboris noſtri merces ita magna, vt in hoc literarum genere nulla maior excogitari poſſit, ſed tota illa noſtræ profeſſionis induſtria peranguſtis finibus circunſcripta erat.

Nam cum in enarrandis authoribus omnia propè tempora mea conſumerem, quinis quotidie, aut ſenis horis in re difficillima, nec minus faſtidioſa occupatus, fateor, non fuiſſe totum negotium illud tanti, vt in ea (quæ videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere) tam bonas horas collocarem, cum fortaſſe maioribus auſpiciis, atque ad opera multo maiora natus eſſem, quæ noſtris hominibus multò conducibiliora forent.

Quid, quod habenda fuit ratio valetudinis, & ingenij, cuius vtriuſque vires ſentiebam indies hebetari, atque illud mihi vſu euenire, quod de lucerna eſt in prouerbio, Dum cætera illuſtrat, ipſam pati intertrimentum.

Itaque cùm eſſem à te, Princeps Illuſtriſſime, multis præclariſque beneficiis inuitatus, vt tuorum numero aſcribi vellem, illic arripui occaſionem, & eo quidem libentius, quod mihi tam diu cupiebam, quam dari aliquando mihi otium, in quo poſſem aliquid ſcribere, quod non modò præſentibus, verumetiam poſteris prodeſſet.

Non quod hoc ſatis pulcri intelligerem, quam frequens debeat eſſe is, qui vitam hanc aulicam ſectat: atque Principi ſuo placere ſtudet, vt quod fieri ſi commode poſſit, nullum tempus intermittatur, quo non illi aſtet, palpetur, blandiatur, ardeat, condoleat, deducat, & reducat, ſed quod videbam te ea magnitudine animi, & hac omnia parui facere, & ea humanitate, vt nihil eſſet (modo honeſtum

AL MVY MAGNIFICO Y ASSI ILVSTRE Señor D. Iuan de Eſtuniga, Maeſtre de la Caualleria de Alcantara de la Orden del Ciſter. Comiença el Prologo del Maeſtro Antonio de Lebrixa, en la interpretacion de las palabras Latinas en lengua Caſtellana.

MVCHOS cada dia me preguntan aquello meſmo que yo muchas vezes ſuelo conmigo penſar; qual de dos coſas me fuera mas honeſta, y mas prouechoſa à la Republica, enſeñar Gramatica en el eſtudio de Salamanca el mas lucido de Eſpaña: y por conſiguiente de la redondez de todas las tierras, o gozar de la familiaridad, y dulce conuerſacion de vueſtra muy iluſtre y gran Señoria. Porque hablando ſin ſoberuia) fue aquella mi doctrina tan notable, que aun por teſtimonio de los inuidioſos, y confeſſion de mis enemigos, todo aqueſto ſe me otorga, que yo fuy el primero que abri tienda de la lengua Latina, yo sè poner pendon para nueuos preceptos, como dize aquel Horaciano Cacio. Y que yo caſi de todo punto deſarraygue de toda Eſpaña los Doctrinales, los Pedros, Elias, y otros nombres aun mas duros, los Galteros, Ebardos, Paſtranas, y otros no ſe que poſtizos, y contrahechos Gramaticos, no merecedores de ſer nombrados. Y que ſi cerca de los hombres de nueſtra nacion alguna coſa ſe halla de Latin, todo aquello ſe ha de referir a mi. Es por cierto tan grande el galardon deſte mi trabajo, que en eſte genero de letras, otro mayor no ſe puede penſar, mas toda aquella mi induſtria de enſeñar eſtaua dentro de muy eſtrechos terminos pueſta. Porque como gaſtaſſe caſi todo mi tiempo en declarar los autores, ocupando cada dia cinco, o ſeis horas en coſa no menos dificil, que enojoſa; quiero dezir la verdad que no era en todo aquel negocio de tanto valor, que huuieſſe de emplear tan buenas horas en coſa que parezca tocar al prouecho de pocos, ſiendo por auentura nacido con mayor fortuna, y para obras mayores, y que fueſſen à los nueſtros mucho mas prouechoſas.

Quanto mas, que auia razon de mirar por mi ſalud, y ingenio, las fuerças de loſquales entrambos ſentia mas, y mas ſer enflaquezida, y por experiencia acontecerme lo que de la candela eſtà en el refran, que alumbrando a los otros, ella recide mengua.

Aſſi que muy Iluſtre Señor, ſiendo yo con muchas y ſeñaladas mercedes de V.S. combidado, que me quiſieſſe contar en el numero de los vueſtros, luego arrebatè la buena dicha, y tanto de mejor gana, que ya ninguna coſa mas deſeaua, que ofreceſeme negocio en que pudieſſe eſcriuir alguna coſa, que aprouechaſſe, no ſolo a los preſentes, mas aun a los que eſtan por venir.

No porque yo no ſabia bien quan continuo ha de ſer aquel que ſigue eſta vida palaciana, y quiere agradar a ſu Señor, y ſi buenamente ſe puede hazer, que nunca ſe

ſtum) quod non mihi per te licere poſſe conſiderem. Igitur cum primum tuus eſſe cœpi, magnam illicò ſpem immortalitatis mihi ante oculos propoſui, aggreſſuſque ſum opus, quod putabam eſſe maximum, omniúmque maxime neceſſarium, ſed cui non modò ego, verum etiam omnes omnium diſciplinarum profeſſores ſatisfacere vix poſſint.

Nam quotus quiſque præceptor in arte ſua, aut non negligit, aut non ignorat pleráque rerum vocabula, in qua ſi fortè inciderit aut diſſimulat, aut aliud pro alio accipit, aut ſe neſcire fatetur ingenuè, quod ſi velint eſſe paulò diligentiores, atque authores illos conſulere, qui de verborum ſignificationibus ſcripſerunt, aut nihil reperient, nihilo plus inde reportent, quam ſi nihil inueniant.

Omnes enim qui ſibi vnquam hanc prouinciam aſſumpſerunt, aut in dictionibus abſolutis, inuſitatis, barbaris, & peregrinis, magna ex parte occupati ſunt, aut tam ambiguè, dubitanterque omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant, aut ſi rem ipſam per diffinitionem, qualis eſt, nobis deſcribunt, non tamen ita, vt digito monſtrari poſſit.

Quod eo fit; aut quia ipſi ijdem illa ignorant, aut quia incognita per multò incertiora nobis oſtendunt, quæ omnia vitia (quantum fieri potuit) declinauimus. Nam & vocabula Oſca, & priſca, quibus propter antiquitatis maieſtatem pleriumque vtuntur Authores, breuiter attigimus, neque quidquam ſub ambiguitate reliquimus, ſed aut quid eſſet, plane diximus, aut confeſſi ſumus nos ignorare rem, genere tantum cum aliqua differentia an notatus. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones Latinas, aut Græcas, & Barbaras Latinitate donatas per exactiſſimam alphabeti ſeriem digeſtas in Hiſpanienſem linguam conuertimus, magno fateor æſtimationis meæ periculo, cum non deſint, qui literas ventilent, calumnientur in ſyllabas, & toti denique huic noſtræ interpretationi detrahant.

Sed audendum fuit aliquid; atque pro vtilitate multorum ſubeundum, vt ſapientes, atque inſipientes de nobis iudicarent. Quod ſi alicubi excidimus, neque ſatisfecimus opinioni, quam multi de nobis habent, conſiderare debebit amicus Lector rei difficultatem, & non quid ego fecerim, ſed quid alij præſtare non potuerint.

Nam cum res ipſæ, quarum vocabula ſunt aut cum ipſa natura perennent, aut in ſolo vſu, hominumque arbitrio poſita ſint: naturali illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi noſtro cognita ſunt, & hæc voluntaria (nobis etiam ſentientibus) quotidie cum nominibus immutantur. Quid quod ex iis rebus quarum forma (vt Phyſici dicunt) ſempiterna ſunt, quædam penitus interierunt, quaſdam incognitas repente natura protulit?

Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano, ſed an extet hodiè apud aliquas gentes, ego non auſim affirmare, certe in Hiſpania nuſquam eſſe audio. Fuiſſe autem antiquis temporibus, vel ex eo manifeſtum eſt, quòd C. Cæſar in memoriam nominis ſui arborem propria manu Corduba conſeuit. Qua de re eſt epigramma Martialis, libro. 9. epiſt. 62.

Intarteſſiacis domus eſt notiſſima terris.
Qua diues placidum Corduba Bætin amat.
Vellera natiuo pallent, vbi flamma metallo.
Et lini Heſperium bracteа viua pecus.
Ædibus in mediis totos complexa Penates.
Stat platanus denſis Cæſariana comis.

Quod verò Poëta dicit, Vellera natiuo pallent Vbi flaua metallo, *Et alio loco, lib. 12. epiſt. 64.*

Vncto interponga tiempo, en que no eſtè delante del, le liſongee, le halague, ſe ria de lo que el riere, le peſe de lo que le peſare, lo acompañe do fuere, y do viniere, mas porque conocia la grandeza de vueſtro animo tamaña, que tenia en poco todo eſto, y la humanidad tan grande, que no auia coſa ſi fueſſe honeſta, que no me dieſſe lugar para la hazer. Aſſi que luego que comencè a ſer vueſtro, puſe delante los ojos vna grande eſperança de inmortalidad, y tentè vna obra, la qual penſaua ſer la mayor, y mas neceſſaria de todas, y a laqual no ſolamente yo ſolo, mas aũ todos los Maeſtros de todas las ciencias a penas puedan ſatisfazer. Porq; cada profeſſor en ſu arte, o no cura, o no ſabe los mas de los vocablos de las coſas, con los quales, ſi alguna vez encuentra por auentura o los diſſimula, o toma vno por otro, o cõn vna generoſa verguença, confieſſa que no lo ſabe. Y ſi quiſieren ſer vn poco mas diligentes y tomar conſejo de aquellos que eſcriuieron de las ſignificaciones de los vocablos, o ninguna coſa hallaran, o ſi algo hallaran, tanto monta como ſi ninguna coſa hallaſſen. Porque todos los que en eſte cuidado ſe puſieron, eſtàn por la mayor parte ocupados en palabras muy antiguas deſuſadas barbaras, y eſtrangeras, o declaran las coſas aſſi confuſa, y dudoſamente, que ninguna certidumbre dellas nos dexan, o ſi por difinicion nos ſeñalan que tal es aquella coſa, no a lo menos en tal manera, que con el dedo ſe nos pueda demoſtrar. Loqual acontece, o porque ellos no ſupieron que coſa era, o porque nos enſeñan las coſas no conocidas por las menos ciertas. De losquales todos vicios, quanto fue poſſible, nos apartamos, tocando breuemente las dicciones muy antiguas; de que por acatamiento de la antiguedad a vezes vſan los autores, y no dexaron alguna coſa debaxo de duda, antes eſpecificadamente, diziendo que coſa es, o ſeñalando el genero cõ alguna diferencia, confeſſando, que no ſabemos la eſpecie. Y porque no me quede lugar de perdon, bolui en lengua Caſtellana las dicciones Latinas, Griegas, y barbaras vſadas en lengua Latina, repetidas por muy diligente orden del A, b, c, quiero dezir la verdad, con gran peligro de mi honra, porque no faltarà quien examine las letras, acuſe las ſilabas, y en fin reprehenda toda eſta nueſtra interpretacion. Mas fue neceſſario de nos atreuer, y por el prouecho de muchos, ſometernos al iuyzio de los que ſaben, y no ſaben. Y ſi en algun lugar tropeçamos, y no ſatisfaze a la opinion que muchos de mi tienen, ha de cõſidera el Letor amigo la dificultad de la coſa, y no lo que yo hize, mas lo que los otros no pudieron hazer. Porque como las coſa de que ſon los vocablos, o ſon perdurables con la miſma naturaleza, o eſtàn pueſtas en ſolo el aluedrio de los hombres. Las naturales por la mayor parte ſon conocidas en nueſtra tierra por nombres peregrinos; y eſtas otras voluntarias, cõſintiendolo noſotros, ſe mudarân cada dia con ſus nombres. Pues que diremos de aquellas coſas, las eſpecies de lasquales (como dizen los Filoſophos (ſon eternas, que vnas del todo ſe perdieron, y otras por el contrario nunca viſtas ſubitamente pario la naturaleza? Ningun arbol fue entre los antiguos mas notable que el platano, yo no oſaria affirmar, que lo ay oy cerca de algunas gentes, a lomenos en Eſpaña no oigo dezir que ſe halle. Y que en aquellos tiẽpos le huuieſſe, parece muy claro por aquello que Ceſar en memoria de ſu nombre lo plantò en Cordoua pro ſu propria mano. De loqual ay vna epigrama de Marcial, que dize.

En el Anduzia ay vna muy noble caſa,
Donde la rica Cordoua goza del dulce Guadalquiuir
Donde los rubios vellones con el natural oro ſon amarillos.
Y la viua hoja ſirue las ouejas de Eſpaña.
En medio deſſa caſa eſtà vn plantano de Ceſar,
Que abraſſa el apoſamiento della.

Y lo que el poëta dize: *Donde los rubios vellones con el natural oro ſon amarillos.* Y en otro lugar.

O Con

Vncto Corduba lætior venafro.
Albi quæ ſuperas oues Galeſi.
Nullo murice, nec cruore mendax.
Sed tinctis gregibus colore viuo.
Et alio præterea loco de Bati fluuio, ſic inquit.
Batis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo eſt qui dicat, ſe noſtro ſæculo vidiſſe oues natiuo illo auri ſplendore infectas. Vbi nunc eſt illa auri tot ſæculis exhauſta, atque terris omnibus prælata fertilitas, ex qua pondo auri ſexaginta millia quot annis populo Romano pendebat Aſturia?

Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati, quorum vnus tantum trecentas argenti libras quotidie Carthaginenſibus ſubminiſtrabat?

Vbi nunc in prouincia Batica numeroſa illa plumbi inuentio? Vbi in Tarraconenſi ad Segobrigam lapidis ſpecularis metalla? Vbi torrentis illius, qui præterlabitur Tarraconem limi tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura, Carbaſis ibi primum repertis? Quæ omnia cognouerunt: vt nec veſtigium quidem vllum noſtra ætate reperiatur. At è contrario multa ſunt noſtro ſæculo quæ antiquitas illa ant penitus ignorauit, aut genere tantum in diſtinctione cognito, differentias rerum non intellexit.

Mala citrea vnius tantum generis, ac nominis; atque ita vix cognita apud antiquos fuiſſe legimus.

Nos verò eius pomi variis generibus nomina diuerſa indidimus, cidras, naranjas, toronjas, limas, limones, *appellantes.*

Accipitres eas, qui ſic propriè appellantur, & quibus tempeſtatis noſtræ aucupes vtuntur, in duo genera diſtinxit. Ariſtoteles author omnium diligentiſſimus, atque humipetas, & ſublimipetas appellat, nos azores, & arcones *dicimus.*

Sed quòd illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuenta, neque accipitrum vſus adeo frequens ſatis habuerunt, illos ex ratione velatus in duo genera partiri.

Noſtri verò, quibus hæc ars eſt in maximo honore complures in vtroque genere differentias fecerunt, gauilanes, azores, gerifaltes, neblies, ſacres, alfaneques, baharies, ragarotes, *tum plumarum ratione, tum naſcendi ordine, tum patria præda victus, morumque varietate diſtinguentes.*

Contra in apibus animal, quo nullum eſt nobis familiarius, & quo ex infectorum genere ſolum eſt hominum cauſa generatum, multa ſunt quæ nec apiarij quidem noſtri ſæculi intelligunt, cum à maioribus noſtris ſint perfecta, ſimul & cognita.

Quis enim hodiè ex mellatione aliud percipit quam mel & cera? Pauci ex Medicis nouere pupolim. Rhitacen verò, quod erat ex fauis mel pretioſiſſimum, virtutiſque, ad illiciendum miranda, ne ſuſpicari quidem poſſunt, quid ſit cum cleros, metys, piſſoceros magni ad medicamenta vſus omnino illis re, atque nomine incognita ſint?

Iam verò ex iis rebus, quæ ſunt in promptu, ſemperque fuerunt, multa ſignificantius vno verbo Latinus ſermo dicit quam nos pluribus. Eſto exempli cauſa omen, quod ſignificat illud (vt ita dicam) auſpicium quod captamus ex eo quod locutus eſt quiſque in re perquam diuerſa, ſi velimus Hiſpanum facere, vix multis verbis id poterimus conſequi. Si ver teremus in alfil Toledano, *recte atque Hiſpane interpretaremur, ſed quod illud ſit perpauci intelligunt. Et contrario multa Latinus ſermo habet, quorum vim etſi Latina lingua ſentit, non tamen habet vnum aliquod verbum, quo illa enuntiet.*

Vt ecce à cubito nos fecimus, codada, *pro eo quod eſt Latine cubiti ictus*, codear, *pro eo quod eſt cubito pellere. Quod ſi earum rerum, quæ ſunt per naturam conſtantes, vocabulorum tanta mutatio eſt, quid futurum putamus in iis, quas aut neceſſitas humana quotidie reperit, aut luxuria parit, aut otium excogitat?*

O Cordoua mas gruеſſa que gruеſſo venafro,
Que vences las ouejas del blanco Galeſo,
No controcatinte de ſangre de purpura,
Mas tiñendolas con viuo color.

Y en otro lugar hablando de Guadalquiuir, dize:

O Guadalquiuir coluna de oliuas,
Que tiñes los dorados vellones con aguas luzias.

Ninguno ay en nueſtro tiempo que diga auer viſto ouejas teñidas de aquel natural reſplandor de oro. Donde eſtà aora aquella fertilidad de oro nunca vazia en tantos ſiglos, y antepueſta a todas las tierras, de laqual las Aſturias rentauan cada vnaño al pueblo Romano ſeſenta mil libras de oro? Donde eſtan aquellos poços de plata que commençò Anibal, de loſquales vno ſolo rentaua cada dia a los Cartaginenſes trecientas libras de plata? Donde eſtà en el Andaluzia aquella copioſa inuencion del plomo? Donde en Aragon cerca de Segorue aquellos mineros de piedra que ſe traſlucian? Donde aquella marauilloſa naturaleza del arroyo que paſſa por Tarragona para adelgaçar, polir, y blanquear el lino, donde los Carbaſos fueron primero hallados? Loqual todo aſſi deſparecio, que ningun raſtro dello ſe halla en nueſtro tiempo. Por el contrario muchas coſas ay en nueſtro ſiglo, laſquales el antiquidad, o del todo no conociò, o confuſamente conocido el genero, no entendio ſus diferencias, ſolamente leemos vn nombre y genero de fruta agra, y aſſi a penas conocida entre los antiguos. Pero noſotros puſimos diuerſos nombres a diuerſos generos de aquella fruta, llamandolas cidras, naranjas, toronjas, limas, limones.

Las aues de caça, que propiamente aſſi ſe llaman, y de laſqualeſ vſan los caçadores de nueſtro tiempo, en dos generos las repartio Ariſtoteles, el Autor de todos el mas diligente, y llamòlas baxo bolantes, y alto bolantes; nos otros nombramos los azores, y halcones. Mas porque en aquellos tiempos eſta arte de la caceria, aun no era hallada, ni el vſo deſtas aues tan eſpeſſo, harto les parecio partirlas en dos linages, por las diuerſidades del buelo.

Pero los nueſtros, que tienen eſta arte en gran eſtima, hizieron en eſte genero muchas differencias, gauilanes, azores, gerifaltes, neblies, ſacres, alfaneques baharies, ragarotes, diſtinguiendolos, o por la razon del plumage, por la orden del nacer, o naturaleza, preſa, mantenimiento, y diuerſidad de coſtumbres. Por el contrario en las abejas animal tan familiar à noſotros, que ninguno es mas, el qual ſolo de los cenidos fue criado por cauſa de los hombres, muchas coſas ay, que aun los colmeneros de nueſtro, ſiglo no ſienten ſiendo de nueſtros mayores caçadas, y conocidas.

Porque el dia de oy ninguno recoge de la caſtrazon, ſino miel, y cera. Pocos de los Medicos ſaben que coſa es propolis. Pues ritaca que era de los panales la miel mas eſtimada, y de virtud marauilloſa para atraer, ni aun por ſoſpecha ſabran que coſa ſea: y a cleros, metys, y piſſoceros, coſas de mucho prouecho para las medicinas, del todo les ſon eſcõdidas por virtud, y nombre. Pues de aquellas coſa. que eſtàn a la mano, y ſiempre fueron muchas, dize el Latin mas propiamente por vna palabra, que nos otros por muchas, como omen; (loqual à manera de dezir) ſignifica aquel agnero que tomamos de lo que vno hablò à otro propoſito; ſi queſieriemos boluerlo en Caſtellano, apenas lo podremos hazer en muchas palabras, o ſi lo boluieſſemos en el alfil Toledano, ſeria la interpretacion derecha y Caſtellana, mas pocos entienden que coſa ſea aquello. Y por el contrario, muchas coſas tiene nueſtra lengua, la fuerça de laſqualeſ, aunque la tiene Latina no tiene vna palabra por laqual la pueda dezir. Como de codo noſotros dezimos codada, por lo que en Latin ſe dize golpe de codo; codear por lo que dà del codo. Pues ſi tanta mudança ay en los vocablos de las coſas que duran con la naturaleza, que ſerà en aquellas que cada dia halla la neceſſidad humana, o pare la luxu-

Ex hoc genere ſunt veſtes, armamenta, cibi, vaſa, naues, inſtrumenta muſicæ, vel ruſticæ, atque omnium illarum artium quas in opulentiſſima quaque ciuitate cernimus. Hæc ideirco tam multis repeſita ſunt, vt nemo miretur, ſi non ſemper Hiſpamenſia Latinis, atque Hiſpanis Latina vocabula reddimus.

Nihil enim in vtriuſque lingua dictionibus comparandis tam pro nobis tulimus, quàm illud quod de lege interpretandi eſt à Cicerone dictum elegantiſſimè. Verba non numeranda, ſed ponderanda eſſe.

Neque otioſum quis putet quòd in eodem opere duo ſimul opera edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, vt proſpiceremus omnium vtilitati. Et eorum qui ex Hiſpano ſermone in Latinum venire cupiant, & horum qui Latinos codices legere audent, nec dum tamen illis cognitio Latinæ linguæ abſoluta contigit.

Volumen tamen ipſum ſub incredibili quadam breuitate cõtraximus, ne pauperes magnitudo pretij ab emptione, diuites verò faſtidioſo vmbilicus craſſior à lectione deterreret; ſimul etiam quo facilius ſub ala, atque in ſinu, manuque geſtari, & circunuehi poſſet. Inſcripſimus autem, non qua cæteri arrogantia, Catholicon, Pandectas, Cornu Amaltheæ, quod eſt vniuerſale comprehenſorum Cornucopiæ appellantes, ſed pleno verecundiæ titulo, Lexicon Græcè, quod eſt Latinè, Dictionarium.

Tuæ verè Amplitudini dedicauimus, non qua fiducia cymbalum illud mundi, Apion Grammaticus, qui dicebat illes à ſe immortalitate donari, ad quos opera ſua componebat. Sed qua Phidias ille primus torreutica artis repertor, qui cum Atheniẽſibus ex auro, & ebore membratiſſimam illam Minerua ſtatuam effingeret, nomenque ſuum inſcribere non liceret, ſui ipſius per ſimilem imaginem, ita clypeo coagmentauit: vt ea conuulſa, tota operis colligatio ſemoueretur.

ria, o buſca la ocioſidad? Deſte genero ſon las veſtiduras, armas, manjares, vaſos, naues inſtrumentos de muſica, y agricultura, y de quantas artes vemos en cada ciudad muy rica y baſtecida. Eſto auemos aſſi largamente dicho, porque ninguno ſe marauille, ſi no ſiempre dimos palabras Caſtellanas a las Latinas, y las Latinas a las Caſtellanas, Porque en encotejar las palabras deſtas dos lenguas, ninguna coſa tuuimos mas ante los ojos, que en lo que la ley de la interpretacion muy hermoſamente dixo Tulio, que las palabras ſe han de peſar, y no contar.

Ni pienſo que fue coſa demaſiada publicar dos obras en vna miſma. Porque tambien miramos por el prouecho de todos; y aſſi de los que por la lengua Caſtellana deſean venir a la Latina, como de los que yà oſan leer libros Latinos, y aun no tienen perfeto conocimiento de la lengua Latina: Eſtrechamos eſto miſmo el volumen debaxo de vna marauilloſa breuedad, porque la grandeza del precio no eſpantaſſe a los pobres de lo comprar, ni la frente alta del libro, a los ricos faſtidioſos de lo leer. Y tambien porque mas ligero ſe pudieſſe traër de vn lugar a otro en la mano y ſeno, y ſo el braço. Intitulamoſlo, no con aquella ſoberuia que otros, llamandole Catholicon, Pandectas. cuerno de Almatea, quiero dezir vniuerſal cõprehenſorio, cuerno de la Dioſa Copia, mas con titulo lleno de verguença, Lexicó en Griego, que es dictionario en Latin. Conſagrolo a vueſtra magnifica S. no con la fiducia que aquella campana del mundo Apio Gramatico, el qual dezia, daua inmortalidad a aquellos a quien intitulaua ſus obras; mas con la confiança de Fidias, el primer inuentor del butil, el qual haziendo a los Atenienſes aquella muy mentada eſtatua de Minerua de oro y marfil, como no pudieſſe eſcriuir en ella ſu nõbre, en tal manera trabò ſu miſma muy ſemejãte imagen al eſcudo, que ſi le arrancaſſen, toda la trauazon de obra ſe deſiſieſſe.

PRÆFATIO.

PRINCIPIO omnes dictiones in differentia eſſe quintuplici. Nam aut ſunt Oſca, aut priſca, nouæ, aut barbaræ, aut probatæ. Oſca ſunt vocabula, quæ & Opica poſſunt appellari, quibus Oſci, atque Opici antiquiſſimi Italiæ populi vſi ſunt, ſed quæ ſæculum eruditius omnino damnauit, atque ex vſu penitus excluſit.

De quibus lib. 1. oratoriarum inſtitutionum Quintilianus ait. Neque ſunt vtique verba ab vltimis, etiam obliteratis temporibus repetita, qualia ſunt, proſapia, exantiare, integerrie, & ſaliorum carmina vix ſuis Sacerdotibus intellecta.

Priſca verba (vt idem auctor inquit) afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione. Nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant.

Sed opus eſt modo vt neque crebra ſint, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum, Terentium, Catonem atque etiam ex inuentoribus, Virgilium, & Lucretium. Noua ſunt, quæ probatiſſimi Auctores auſi ſunt in medium proferre, cum antea non eſſent, ex Horatij memorabili præcepto.

Licuit, ſemper perque licebit,
Signatum præſente nota producere nomen.

Sic Cicero à beatus fecit beatitas, & beatitudo: quorum alterum exploſum, alterum receptum eſt. Sic noſtra ætate Franciſcus Philelphus Stapeda pro eo quod Hiſpanè dicimus eſtriuo. Cuius audacia quanquam eſt à pleriſque reclamatum, poteſt tamen excuſari, quod nullum inuenit Latinum nomen, quo poſſet ſignificare id, quod volebat, cum neque res ipſa fuerit apud antiquos: ſic & nos ipſi multa in hoc genere ſumus auſi, quibus ego interim cenſeo vtendum, quoad meliora ab aliis fuerint inuenta. Barbara ſunt quæ ex peregrino ſermone aſcita, Latino ſermoni Auctores inſeruerunt. Sic Virgil. ex ſermone Germanico ſumpſit, cateia, quod eſt iaculi genus. Sic ab Afris, magalia, quæ ſunt caſæ paſtoritiæ. Sic Cicero à Sardis, maſtugra, quod eſt veſtis genus. Sic Iuuenalis, rheda, quod eſt vocabulum Gallicum ſignificat vehiculi genus.

Sed vt Quintilianus ait, excuſatur hoc vitium, aut conſuetudine, aut authoritate, aut vetuſtate, aut denique vicinitate virtutum. Probata vero vocabula ſunt habenda, quibus Auctores illi vtuntur, qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium, hoc eſt, à centeſimo ante natalem Chriſti anno ad centeſimum quinquageſimum, ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus. De quo verborum genere. Quintilianus inquit, vt nouorum optima erunt maximè vetera, ſic veterum maximè noua.

Ex probatis vero alia ſunt vſitata, alia rara. Inter quæ rurſus alia eſt differentia, quod alia ſunt poëtica alia oratoria, alia hiſtorica. Auctoritas, vt idem Quintilianus ait, ab Oratoribus & Hiſtoricis peti ſolet, nam Poëtas metri neceſſitas excuſat.

Quare vocabulis Opicis, atque barbaris illis tantum vtemur, quæ ſunt ab Authoribus celebrata atque id quidem rariſſimè, nec ſine quadam ignominiæ nota addentes,

PRimeramente, que cinco maneras ay de vocablos; porque o ſon Oſcos, o ſon antiguos, o ſon nueuos, o ſon barbaros, o aprobados. Oſcos ſe pueden llamar, o Opicos, aquellos vocablos de que vſaron los Oſcos, y Opicos pueblos de Italia muy antiguos, mas condenolos de todo punto, echolos del vſo el ſiglo mas enſeñado.

De loſquales dize Quintiliano en el primero libro de ſus oratorias inſtituciones. No ſean las palabras tomadas de los vltimos tiempos, y yà oluidados, quales ſon por generacion, acabar mucho, y los verſos de los ſacerdotes Salios, que ellos apenas entienden.

Las palabras antiguas (como dize el miſmo Autor) dan al meſmo razonamiento alguna mageſtad con mucha delectacion. Porque tienen autoridad de lo antiguo: y por ſer deſuſadas tienen gracia como ſi fueſſen nueuas. Mas es meneſter vna templança que ni ſean eſpeſſas, ni manifieſtas; porque ninguna coſa es mas odioſa, que lo eſquiſito: tales leemos muchas en Plauto, Terencio, Caton, de los mas nueuos Virgilio, y Lucrecio. Nueuas ſon las palabras que los Autores muy aprobados oſaron ſacar a luz, no auiendolas antes, por aquella notable regla de Horacio. Fue licito, y ſiempre ſerà ſacar nombre del cuño que ſe vſa. Aſſi Tulio de *beatus*, hizo *beatitas*, y *beatitudo*, de loſquales el vno fue deſechado, el otro recibido, aſſi en nueſtros dias Franciſco Filelfo hizo, *ſtapeda*, por aquello que en Caſtellano dezimos eſtriuo. La oſadia del qual (aunque todos los mas reclamaron) puedeſe eſcuſar, porque ningun nombre Latino hallo, por el qual dieſſe a entender lo que queria, no ſiendo aquella coſa entre los antiguos. Aſſi yo meſmo en eſta parte vſe muchas coſas, de laſquales entretanto me parece que ſe deue vſar, haſta que por otros ſe hallaſſen otras mejores. Barbaras ſon las palabras, que tomadas de alguna lengua peregrina, los Autores mezclaron al Latin.

Aſſi Virgilio de la lengua Tudeſca tomò *catela* que es haſta para tirar. Aſſi de los de Africa *Magalia*, que ſon caſas de paſtores.

Aſſi Tulio de los Sardos *maſtruga*, que es cierto veſtido: Aſſi Iuuenal *rheda*, que es palabra Franceſa, y ſignifica vn linage de carro.

Mas como dize Quintiliano; eſcuſaſe eſte vicio, ò por coſtumbre, ò por autoridad, o por vejedad, o finalmente por alguna vezindad de hermoſura.

Aprobadas ſon las palabras, de que ſon aquellos Autores que floreciero caſi dentro de dozientos y cincuenta años deſde el nacimiento de Tulio, haſta Antonio Pio: quiero dezir, cien años antes del nacimiento de Chriſto, haſta ciento y cincuenta años deſpues de la ſaluacion de los Chriſtianos. Del qual linage de palabras dize Quintiliano, que aſſi como de las nueuas ſon mejores las mas viejas, aſſi de las viejas las mas nueuas. De las aprobadas, vnas ſon vſadas, otras ratas. Entre lasquales tambien ay otra diferencia: vnas ſon poeticas, otras oratorias, y hiſtoricas. El autoridad dize Quintiliano de los oradores y hiſtoriadores ſe ſuele tomar, porque la neceſſidad del metro eſcuſa los Poetas.

Aſſi que de los vocablos Opicos, o barbaros, ſolamente vſaremos de que vſaron los autores, y aun eſſo pocas vezes, añadiendo vna ſeñal de infamia, porque aſſi lo di-

ga,

tes, vt ita dixerim, vt sic loquar, & similia, quibus sermonis improprietatem excusare consuenimus. Priscis verò & nouis rarò quoque & cum verecundia quadam, vt excusare possimus, id feciße, aut in honorem antiquitatis, aut necessitate, cum dictionem Latinam non habemus, qua id quod volumus significare possimus.

Probatis verò, quæ sunt in vsu frequenti, frequenter vtaris, rarò; poëticis, in carmine tantum; oratoriis verò, & historicis, & in prosa oratione, atque in carmine indifferenter vtendum.

Atque, vt in tanta ambiguitate lectorem monere possimus, adiecimus cuique dictioni notam, qua censeri debet, cuius sit ordinis.

Nam Oscis, Os. priscis, pr. nouis, nou. barbaris, bar. raris ra. Poëtis, po. quibus verò nihil tale opposuimus, vsitata & oratoria intelligendum est, nam Græcis receptis atque ac Latinis vtemur. Orthographia verò quia simplex non est, atque, vt ait Quintil. consuetudini seruit & cum temporibus sæpe mutatur, literaturam illam sequemur, in quam plerique Authores consentiunt.

Quare meminisse debebit is, qui dictionem aliquam requirit, posse illam scribi per vocalem aspiratam, vel exilem, vel per æ, vel æ. diphthongō, vel sine diphthongo, per simplicem, aut duplicem consonantem, per ch. ph. rh. th. aspiratas, aut per c p. r. s. exiles.

Itaque, si orthographiæ ratio lectori non satis constat, neque cessabit ab inquisitione, quoad omnes locos fuerit perscrutatus.

Inter i, iota, & ypsilon, etsi tanta distantia est quanta potest maxima inter duas vocales: inter i. præterea, & u. cum accipiuntur pro vocalibus, cum pro consonantibus scribuntur, tanta sit differentia, vt inter duas quaslibet literas maior esse non possit, nos tamen vtrumque ordinem confundimus.

Prosodiam quoque ex eiusdem Quintiliani sententia in hunc modum designauimus, vt cum litera alium, vel alium intellectum (prout producta, vel correpta est) facit, ambiguitatem illam apice distinguamus, vt quia malus, prima producta significat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur significare non bonam. Occido præterea: quia media longa significat interficio, eadem breui, cado, sine pereo, tanta errandi occasio tolletur apice prima, aut secunda syllaba imposito.

Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ pernersè ab imperitis efferuntur, aut habentur, accentum paulo reconditiorem ponentes. Nam in omnibus id facere, est quidem ineptissimum, cum virtus, & ars (quemadmodum ait Aristoteles) circa difficile versetur. Nemo enim ignorat, quo accentu dominus efferatur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt sinapis, aratrum, Iacobus, Isidorus, & alia multa secunda syllaba breui, eaque eadem accentu graui, & è contrario bissinus, Adamantinus Origenes Hermogenes penultima acuta hic omnibus labor, opus artis est, tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare.

Quia verò posset quispiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ à plerisque proferuntur, apice omnis ambiguitas illa tolletur.

Etymologiæ ratio quam Cic. veriloquium interpretatur, quanquam latissimè patet, eius vim precipuam ostendimus, cum dictionis cuiusque intellectum referamus, quod alij fecerunt partim obscurius, partim negligentius, Non vocabulorum originem, quoniam in hoc opere spaciis iniquis excludimur, in aliud opus differre libuit, tantum adiectus est nomini genitiuus & prima propositioni verborum secunda persona singularis inflectendi modo, vt significaremus quota declinationis illa essent: hoc verò quota coniugationis, quæ res significationem plerumque mutat. In aliis verò, quæ partes orationis essent, in compendium scripsimus.

gá, o manera de dezir, o en semejante manera; donde solemos escusar la impropiedad de la lengua. De las antiguas y nueuas pocas vezes vsaremos, y con verguença, y que nos podamos escusar que lo hizimos, o por honra de la antiguedad, quando no tenemos palabra Latina, por la qual digamos lo que queremos. De las aprouadas que están en el vso espesso vsaremos espesamente: de las raras pocas vezes: de las poeticas, solo en el verso: de las oratorias y historicas en prosa y en verso sin alguna diferencia. Y porque en tanta dificultad auisemos al Lector, añadimos à cada palabra vna señal, por la qual se juzgue de que orden es.

Y a las Oscas pusimos os. a las antiguas pr. a las nueuas no. a las barbaras bar. a las raras ra. à las poeticas po. a las que ninguna cosa entendemos que son vsadas y oratorias, porque de las recebidas de los Griegos vsaremos como de Latinas. Y porque la Ortographia no es sencilla, y como dize Quint. sirue a la costumbre, y con los tiempos se muda muchas vezes, seguiremos aquella razon de las letras en que conciertan los mas de los Autores.

Assi que el que buscare alguna palabra, recuerdese que aquella se puede escriuir con vocal aspirada, o sotil, o con æ. o. œ. diphthongo, o sin diphthongo: por sencilla, o doblada consonante, o con ch. rh. th. aspiradas, o con c. p. r. sotiles.

De manera, que si el Lector no tuuiere cierta la razon de la Ortographia, no cessara de buscar hasta que requiera todos aquellos lugares. Entre la i. espesa, y la y, sotil, aunque ay tanta diferencia, quanto no puede ser mayor entre dos letras vocales. y tambien entre la i. u. quando se toman por vocales, o quando se escriuen por consonantes, tanta diferencia ay, quanto no puede ser mayor entre dos qualesquier letras: pero nosotros confundimos la orden de las vnas y de las otras. La prosodia esso mesmo, segun la sentencia de Quintiliano, señalamos en esta manera, que quando la letra por ser luenga, o breue haze diuersos entendimientos, quitemos aquella duda con vn rasguito. Como porque *malus*, la primera luenga significa el mançano, le pongamos aquel rasguito, porque non piensen que significa non bueno. *Occido* tambien, porque la de medio luenga significa matar, y aquesta mesma breue caer, o perecer, esta ocasion de errar se quitarà puesto el rasguito sobre la primera, ó segunda sylaba. Esto mismo hizimos en las palabras, que los que poco saben pronuncian al reues, o tienen el acento vn poco escondido. Mas hazer esto en todas es desuario; porque (como dize Aristoteles) la virtud, y el arte negocian en las cosas dificiles. Porque todos saben *dominus* con que acento se pronuncia, y porque està yà fuera de artificio. Mas porque los ignorantes pronuncian mostaza, arado, Diego, Isidro, y otras muchas palabras, la penultima sylaba breue, y aquella misma por acento graue: por el contrario por cosa de biso, de diamante, Origenes, Hermogenes, la penultima aguda. Este es el trabajo, esta es la obra del arte, quitar la ignorancia del pensamiento de los hombres. Y porque podria alguo dudar, con que acento se pronuncian las dicciones à pocos conocidas, toda aquella duda se quitarà con aquel rasguito.

La razon de las Etymologias, laqual Tulio interpreta, verdad de palabras, aunque a muchas cosas se estiende, demostramos su principal fuerça declarando la significacion de cada palabra, laqual otros hizieron escura, o negligentemente. Mas el origen de los vocablos, porque la estrechura desta obra no lo sufre, plugonos de la dexar para otra obra, solamente añadimos al nombre su genitiuo, y a la primera posicion del verbo la segunda persona singular de indicatiuo, para significar de que declinacion era el nombre, y de que conjugacion el verbo, lo qual muchas vezes muda la significacion.

Y en las otras escriuimos por breuiaturas, que partes eran de la oracion.

Digitized by Google

IN LAVDEM ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS.

VT Patriam quondam Senonum ſubduxit ab armis,
Cùm tibi præſtiterat Roma Camillus opem.
Vt toga facundi ſeruauit Conſulis vrbem,
Struxerat ardentes cum Catilina faces.
Reſtituit linguam ſic noſtro Antonius æuo,
Et repulit Galli balbutientis opus.
Furius Imperium, Latium hic idioma recepit,
Et tamen à Gallo clarus vterque viro,
Hoc duce Barbaries pulſa eſt: Hiſpania gaudet,
Cultáque Caſtalijs tota rigatur aquis.
Iam nouus aggreditur non nota volumina tyro,
Intrepidúſque audet verba Latina loqui.
Hic prior Arpinas cœpit diffindere chartas,
Et prior hic vatem Mantua parua tuum.
Hunc lege Caſtalidum, quicumque vireta ſororum,
Vel pede, vel pedibus liber abire voles.

AD INDOLIS EGREGIÆ LIBEROS Magnifici, ac proinde Splendidiſſimi Equeſtris Ordinis viri Michaëlis Almaçani, à Secretis Regum Clariſſimi Ferdinandi Regis, Ælius Antonius Nebriſſenſis hiſtoricus Regius. S. D. P.

LIBET mihi pauliſper iocari vobiſcum, filij chariſſimi: ſic enim volo vos interim appellare, ſiue ætatis, ſiue doctrinæ, ſiue amoris pietatiſque ratione. Fuit, me iuuene, Euangeliſta quidam nomine, vir inter primores Hiſpanos, atque in Curia Regali prope ſemper verſatus alioquin natura perquam facetus. Is cum itinere quodam aſſectaretur Areuacenſium Ducem peruentumque eſſet in biuium, quod indiſcreta differentia ſe in duas partes findebat: interrogatus ab ipſo Duce, vtra ex illis ad locum deſtinatum perduceret? Vtramque reſpondet, Clariſſime Dux, ſimul arripito: iſto namque modo non aberrabis. Cum menſibus proximis Bilbili cum pientiſſima matre veſtra hybernaretis, accepi litteras à præceptore veſtro Laſtra, quibus faciebat me certiorem, & vos benè valere; atque in præceptis artis Grammaticæ, illis maximè, quæ in promptu eſſe debent, ſatis commodè inſtitutos. Lætatus ſum, ita me Deus benè amet, peruenisſe vos iam ad biuium, quemadmodum ait Poëta. Partes vbi ſe via findit in ambas. Non dico illas, quarum altera tendit ad Elyſios, altera ad pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam, ſed ad illas quibus inſiſtunt Latini ſermonis ſtudioſi. Quas ego nunc vos cum Euangeliſta meo ſimul arripere hortor, & moneo: non enim altera obſtat alteri, cuiuſmodi erant illæ, de quibus interrogatus reſpondit: quin potius alterutra alterius auxilio recreata ad deſtinatum finem perducit. Quæ ſunt, dicetis duæ illæ viæ, quibus tantopere iubeo vos inſiſtere? Nimirum, vt Latinam lectionem veritatis in ſermonem Hiſpanum, atque è diuerſo Latinis Hiſpanas voces permutetis. Non obſtat alterum ſtudium alteri, imò ſe inuicem iuuant, cum eadem ſit via Thebis Athenas, & Athenis Thebas: exemplum Dialecticis familiare, quod iam in prouerbium abiit. Quædam enim ſunt opera, quæ niſi è contrario nitentibus perfici non poſſunt: quemadmodum mulierculæ duæ lintea polientes, cum humorem conceptum exprimere volunt, nunquam efficient, quod ambæ intendunt, niſi vtrimque obluctantes diſtorqueant. Vtramlibet inſtitueritis viam iucundiſſimi filij, duos mitto vobis duces, atque ſtudiorum veſtrorum probos adiutores. Alterum qui vobis Latinos Autores legentibus præſto ſit, cùm in reconditioris alicuius ſignificationis verbum incideritis: alterum quem poſſitis conſulere, quoties à præceptore veſtro propoſita Hiſpana theſis Latino ſermoni vobis reddenda fuerit. Sic enim & Latina Hiſpanis, & Hiſpana Latinis commodiſſimè permutabitis. Valete, Patris optimi, atque proinde nobiliſſimi voluptas, & altera ſpes. Salamanticæ Kalend. Aprilis, Anno M. D. XII.

ÆLII

ÆLII
ANTONII
NEBRISSENSIS
GRAMMATICI,
CHRONOGRAPHI REGII.

DICTIONARIVM LATINVM, HISPANICA explanatione, eademque vera, & germana, postrema hac editione multò elegantiùs, quàm vnquam anteà illustratum, atque non parua vocum accessione locupletatum.

A

AVOCALIS in ordine Alphabeti nomen est litteræ primæ, non solùm Hebræis, Græcis, Latinis, Hispanis, & Arabibus, sed cæteris etiam gentibus, & nationibus, vt inquit Diuus Isidorus, lib. 1. Etym. Hanc primùm litteram omnes mortales proferunt in ipso ortu. Obseruandum tamen illud est eodem modo proferri, & scribi à Latinis, & ab Hispanis: Hebræi autem, Græci, & Mauri aliter pronunciant, aliter scribunt. Nam Hebræi dicunt Aleph. accen. in prima. Græci vero Alpha. Arabes denique alph, vel Alipha.

A. duobus punctis interposita designat Aulus prænomen.

A. apud veteres Romanos nota fuit absoluendi, sicut C. condemnandi. Vnde à Cic. Saluator's litera dicitur.

A. in comitiis Romanorum nota fuit reprobantis rogationem, id est, antiquo, vel antiqua sequor, sicut V. & R. admittentis, id est, Vti rogat.

A. in notis literis Bibliorum significat Apile, id est, comminatio. Ifai. 38. A. dispone domui tuæ: &c. & Ionæ 3. A. adhuc, quadraginta dies, &c. Consule Biblior. sanct. lib. 3. F. Sixti Senensis Dominicani.

A. vel ab, cum verbis passiuis significat causam efficientem, vel vt aliis placet, personam agentem. Hisp. *De.* Hic Ablatiuus, apud Ciceronem vertitur in datiuum.

A. vel ab, aliquando significant motum à loco, Hisp. *De.* vt venio à foro, à villa, ab vrbe, ab Æthere.

A. vel ab, interdum significant tempus, Hisp. *Desde*, & cum maximè declarantur per, Cum, vt à puero te noui, id est, cùm puerus adhuc esses.

A. vel ab, aliquando ponuntur pro de, vel ex, Hisp. *De ò desde.* Terent. in Adelph. a villa mercenarium vidi: & Cic. à Pausania Lentuli liberto audiui. Quod & ipsum idem Cicer. dixit alibi per de, vel ex, vt de Philadelpho audies, id est, Philadelphus tibi dicet.

A. in compositione plurationem significat, vt Amylum, id est, sine mola, Amens, id est, sine mente.

A. in compositione plerumque separat: vt Amoueo. Auello.

A. pro eo, quod pro, vel propter, in sacris literis dicitur, vt Væ mundo à scandalis, id est, propter scandala. Matth. 18. & Psalm. 43. A voce exprobrantis & obedientis, propter vocem. & Psalm. 54. A voce inimici, & à tribulatione peccatoris, id est, propter vocē. & tribulationem.

A. interdum (quemadmodum) in sacris literis significat respectum, & comparationem, non tamen causam, vt 2. ad Corinth. 11. Nihil minus fecī à magnis Apostolis, id est, nihil minus fecisquàm magni Apostoli, vel nihilo inferior fui excellentibus Apostolis.

A. quando significat causam, differt à Per, apud Philosophos, & Theologos, id est, quod A. *denota el principio agente, y por la causa instrumental.* Hisp. *M diante.*

A. aliquando significat Contra. Virg. in Melibæo. Dum teneras defendo à frigore myrthos, id est, contra frigus. Cicer. pro Fonteio. A quo periculo defendite Iudices, cinerem fortem, id est, contra quod periculum.

A. ponitur quoque pro Post, Hisp. *Despues.*

A. in significatione temporis immediati. *Vsan della los Iuristas*, vt à cæde, à diuortio, id est, illico post cædem, post diuortium.

A. vim habet defensionis, & significat Pro, Hisp. *Por defendiendo fauor.* Cicer. 1. de Orat. A me. Idem in Bruto à Senatu. Hisp. *En fauor, ò defensa mia, y del Senado.*

A. eleganter accipitur pro eo, quod dicimus, quod pertinet. Cic. multis in locis.

A. pro eo quod vulgò dicimus. *De parte de:* Plin. Quod à Sole fuit.

A. vel Ab, cum ablatiuo personæ eleganter domicilium significant, vt, à iudice venio.

A. vel Ab. significant Præter, siue Contra, aut Sine, & in hac significatione dicimus. Ab re, id est, præter, siue contra vtilitatem, aut sine vtilitate. Hispanè. *Sin prouecho.* Cui contrarium est. E re, id est, ad vtilitatem.

Ab re pro frustra, vel fine causa. Hisp. *En vano. Por demas. Sin proposito. Sin causa.* In quibus omnibus significationibus sæpissimè vsurpatur cum particula negatiua.

A. vel ab, plerumque nomina officiorum significant. *De donde nacen estos modos, siguientes vsados en Latin.*

A caliculis, id est, qui præst vasculis, *Reposteros, que es guardar plata.*

A commentariis, *El que tiene el registro de los presos, ò el historiador.* 3. Esdræ. 1. in noua translatione.

A studiis, *El que tiene cargo del estudio de alguno.*

A libellis. *Aquel por quien el Rey responde à las peticiones.*

A memoria. *El que acuerda à algun Principe lo que ha de hazer.*

A manibus, siue à manu. *El que sirue lo que el Principe quiere.*

Ad manum, dixit Cic. lib. 3. de Orat. *Por lo mismo que à manibus.*

A pedibus. *Moço de espuelas, ò que descalça.*

A pugione. *Page que lleua el esto que delante del Rey.*

A punctis *El que tiene cargo de los aguaduchos. Administrador de las aguas.*

A rationibus. *El que tiene cargo de las cuentas del Rey.*

A secreto vel à secretis. *Secretario del Principe.*

A voluptatibus. *El que tiene cargo de los placeres del Rey.*

Aageis, eos, per ita in fine. interp. infrangibilis.

Aaptos, u, interp. intangibilis, & innocuus.

Aaſcheros, u, interp. irretentibilis, e. quod retineri non potest.

A ANTE B.

Ab, præpositio ablatiui, idem est, quod A.

Ab. aliquando ſignificat, aut ponitur Pro. In, vt, Actor. 12. Reuerſi ſunt ab Hierololymis, pro in Hieruſalem.
Ab aliquando etiam ſignificat Propter, vt diximus de A. Bernard. in epiſt. Væh noſtro generi ab imperfectione ſua, id eſt, propter imperfectionem.
Ab. in comp. nonnunquam ſignificat priuationem, vt abſimilis, id eſt, non ſimilis.
Ab, & Abs ſeparationes ſignificant.
Ab, aliquando mutatur in au. Euphoniæ cauſa, vt de abſero, aufero.
Ab in compoſitione motum de loco denotat, vt ab æthere ſummo.
Ab aliquando in compoſitione inuenitur pro contra, vt abuſus, id eſt, contra vſum.
Ab. & a. in comp. aliquando ſeparant, vt ablato, aufugio.
Ab in compoſitione in legibus, ſignificat contra, vt ab hæredibus, id eſt, contra hæredes.
Abenteriũ ponitur pro extra, vt abduco, id eſt, inde, ſeu extra duco.
Ab ſignificat Poſt, vt ab vrbe condita. Iuu. Exui. ab octaua.
Abortiuum ſuperfluè ponitur, ab Roma apud Liuium.
Ab, ponitur aliquando pro ob. in legibus, vt ab iniuria, id eſt, ob iniuriam.
Ab'ſimo lanam petere, prouerb. dicitur cùm ſtultè petitur, quod non eſt. *Lo que demanda, pedir peras al olmo.*
Ab ipſo iure, id eſt, ab ipſis domeſticis, & familiaribus, prouer. dicitur.
Ab accitoribus. *El que tiene cargo de nueuas, y embaxadas del Rey. Correo mayor, ò el que tiene cargo de poner por eſcrito las coſas que acontecen.*
Ab epiſtolis. *El que lleua a firmar las cartas al Rey.*
Ab extis. *El que por las aſſaduras dezira lo venidero.*
Et in his omnibus ſubauditur nomen Seruus, quod interdum etiam exprimitur. Dicitur autem per omnes caſus eadem terminatione.
§. Abaction, vel abaciũm, i diminutiuum ab **Abax.** *Tabla para contar, ò eſcriuir.* Ammon.
Abactor, oris. *Ladron del ganado*, qui & abigeus, pen. cor. dicitur.
§. Abactores dicebantur magiſtratus, qui coacti depoſuerunt. Feſt.
Abactus, us. & non abactio, quia non legitur. *Aquella obra de hurtar*, qui & abigeatus, us. Sed antiquis Iuriſconſultis eſt in vſu.
§. Abactis. *El notario publico.*
Abacti, a, um, vt abacti greges. *Coſa hurtada.*
§. Abacta nox pro exacta. Virg. 8. Æneid.
Abacus, i. in l. pen. corr. *Aparador de plata, ò de vaſes.*
Abacus, i. *Eſcabelo para ſentarſe.* Herm. in Plin.
Abacus, i. *Tabla para eſcriuir, ò contar.*
Abacus, ci. *Atayfor Mariſco.*
Abacus, i. *La baſa de la coluna.*
Abacus, ſolis. *El Eſpexelo del Sol.* Cal. lib. 14. c. 12.
Abaculus, diminutiuum eſt, ab eo, quod Abacus, i.
Abaculus, i. *El eſpeque, ò trebejo del axedrez.*
§. Abaculi, calculi. *Contadores para contar.* Plin. [Latin.
Abagio, onis, quod nos Adagio, dicebant veteres. Varro 6. de lingua
§. Abæi, populi vrbis Phocidis.
Abæa, opp. in sinu Messeniaco.
Abadir, lapis est teste Prisc. à Saturno pro Ioue deuoratus.
Abæatæ, populi sunt Arcadiæ in Messeniaco.
§. Abæra, vrbs in Arabia deserta.
Abaga, Tartarorum Rex, & Armeniæ: Hierosolymam recuperauit. Sabel.
Abagarus, Persarum Rex, Hunc subegit Seuerus Imperator.
Abagatus, Edessenorum Princeps, morbo incurabili detentus, ad Christum scripsit, sanitatis per eum recuperandæ causa. Itaque post Resurrectionem è mortuis, & Ascensionem ad cœlos, Tadæus, vnus è septuaginta, iuxta Christi promissum, ab Apostolo Thoma Edessam missus est, ibique Abagarum, & filium eius Audum (alij, Abdum vocant,) sanauit. Christianorúmque sacris initiauit. Historia fuse recitatur à Nicephoro lib. 2. cap. 7. Sciendum tamen Abagarum, nonnunquam dici Abagarum, nonnunquam Agarum. Quin Abagarus dicitur ab Eusebio, lib. 1. cap. 12 & 13.
Abagaius, Nilus fluuius dicitur, vt scribit Paulus Ioui, lib. 8. hist.
Abala, nomen oppidi in Africa, Plin. c. 25.
Abali populi Indiæ apud Plin. c. 19. lib. 6.
Abalites, sinus est maris Troglodytici, Plin.
Abalus, insula est maris Oceani, Plin.
Abana, pen. cor. fluu. Damasci in radicib. Libani, exortus, in Syriacum mare funditus, 4. Regum 5. 12.
Abania, interp. gratus domino.
Abannæ, populi Africæ, vicini Copratiensibus.
§. Abantes, populi iuxta Pontum, Oiph.
Abantias, insula maris Mediterranei, Bœotiæ propinqua, dicitur & Abantis, aliter Euboia.
§. Abantias, filia vel neptis Atlantis.
Abantis, Insula maris Ægei, tori illi Græciæ litori oppositæ.
Abantiadæ, dicti sunt incolæ Euboeæ insulæ.
Abaortæ, populi sunt ad Indum flu. Plin.
Abarbarea, Nais nympha apud Homerum.
§. Abarbarea, vrbs insulæ Taprobanæ.
Abarimon Scythiæ regio super Antropophagos.
Abaris, pen. cor. nomen proprium viri.
Abarnus, vel Abarnis, regio & vrbs Bariaræ, Steph.
Abas, bantis, per simplex b. Argiuorum Rex 12.
Abas alius nobilis comes Æneæ, Virg.
Abas, alius vnus è Centauris.
Abantias, dicta est Atalanta apud Musæum.
§. Abarim mons excelsus, vbi Moses mortuus est.
§. Abaritana, regio Africæ.
§. Abascus, fluuius Sarmatiæ in Euxinum mare influens.
§. Abasci, populi Arabiæ.
Abases, Ægyptij vocant regiones inhabitatas, Strab.
§. Abassus, oppidum in Phrygia magna.
§. Abasta gens, populi liberi iuxta fluuium Indum.
Abaster, vnus fuit ex equis Plutonis, interp. niger.
Abatos, insula Ægypti in palude Memphitica.
Abatos, locus vltra Ægyptum, & Æthiopes.
Abaton, tis, ædificium erectum à Rhodiis, C. Rho.
Abati, & Abatei, populi Arabiæ, Diod. Sic.
Abathuba, villa Marmaricæ in Ægypto.
Abauchas, nomen viri, amicus cuius fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus in Dial. cui nomen Toxaris.
Abax, acis, pen. prod. fœm. vasorum genus conditorium.
§. Abaxæ, festa instituta à Dionysio Asiæ Rege.
Abazim, mons excelsus in Iudæa.
§. Abdada, vrbs Galatiæ.
§. Abdala, pseudoprophetæ Mahometi pater.
§. Abdalmutalis, pseudoprophetæ Mahometi auus.
§. Abdas, Episcopus Persiæ pro extinctione ignis Vestæ occisus.
Abdera, insula ad Samothracem Pomp.
Abderæ, pen. prod. vrbs Thraciæ, Vulgo, *Polystylo*.
Abdera, oppidum Hispaniæ Bæticæ, fortè, *Almeria*.
Abdera, oppidum Africæ inter Braganeum, & Tritonem.
Abderites, siue Abderitanus, & Abderitus, a, um, ab Abdera.
§. Abderitæ, populi Thraciæ.
Abderitica mens, hoc est stupida, & insana.
§. Abderamus, paganus princeps, crudelis Christianorum in Gallia persecutor tandem à Rege Carolo victus est.
Abdon, nomen indeclinab. vnus ex Iudicib. Israël.
Abdua, fluuius Italiæ in Padum defluens, Vulgo *Adda*.
Abea vrbs in Peloponneso. Vulgo *Calamata*.
Abeacus, Syracorum Rex, Strab. lib. 11.

§. Abdedos.

§.Abededos, ciuitas Ægypti.
§.Abel, ſecundus Adami filius.
§.Abul, locus in Palæſtina.
Abeona, & Adcona, deæ cultæ fuerunt ab Antiquis.
Abatæ, populi in Achaia. Plin.lib.4.cap 6.
Abella, vrbs ſupra Neapolim. Vulgò. *Bella.*
§.Abella, oppidum Campaniæ, vbi Abellinæ nuces abundant. Proſ. & Virg.7. Æneid.
Abellinum, Italiæ opp. quod & Auellium. Vulgo *Troia.*
Abellini populi, & Abellinæ nuces, ab Abella.
Abellinates, Italiæ populi, antè Protropi appellati.
§.Aberdonia, vrbs Scotiæ.
§.Aberides, Saturni nomen.
§.Aberiæ, populi Gedroſiæ.
Abeſamis Syriæ oppidum à Semiramide conditum.
Abeſpi opp. apud Hermandum fluuium. Plin.*lib.6.c 63.*
Abgarus, idem qui Abagarus, vide ſuperiùs.
§.Abi, fluuius in Anglia, vide Abus.
§.Abia, Herculis filia.
§.Abiaſaris, Indorum Rex.
§.Abida, opp. Phœniciæ.
§.Abiga, amnis Numidiæ.
Abiecta, opp. apud Iazyges, Ptol.
Abij, populi ſunt Scythiæ apud Solinum.
Abila, opp. Eliſæi Prophetæ patria in regione Decapolitana, vide Abyla.
Abilaræ, ab Abyla ſuperiori in Syria.
Abila, Promont. Africæ contra Calpen.
Abilinum oppidum eſt Germaniæ, Ptol.
Abilinis, columna in Mauritania Tingitana, Ptol.
Abina, opp. in Suſiana regione, Ptol.
Abioſtola, opp. Phrygiæ magnæ.
Abiſari, regio apud Indos prope Taxaliam.
Abis, flu. in Danubium influens, aliter Auſus.
§.Abis, opp. Arabiæ. Ptolom.
§ Abiſama, vrbs Arabiæ felicis.
§.Abiſſini, populi Æthiopiæ.
Abiſontes, populi ſunt Alpini, lib. 3.
Ablacus, flu. Danubium ingrediens. *Athamero.*
Ablana, ciuitas Albaniæ in Aſia maiori.
Ablata, ciuitas Cappadociæ, Ponti Polemoniaci.
Ableti, populi ſunt non procul à Pergamo, Strab.
§.Abliala, vrbs Albaniæ.
Abnoba, Germaniæ mons, in quo oritur Danubius, Vul. (*Bor.*
Abobrica, opp. conuentus Braccarenſis Galliciæ.
Aboccis, opp. Æthiopiæ. Plin.
§.Aboia, opp. Mediæ in Hibernia.
Abolani, pop. in Latio, Albenſib. proximi.
Abolla, vrbs Siciliæ, Steph.
Abolos fluuius Siciliæ inſulæ.
§.Abona, amnis in Britannia.
§.Abobrica mons in Hiſpania. Plin.lib.4.cap.20.
Abonimœnia, opp. parùum iuxta Euxinum Pontum. Steph. Vulgo, *Arcani.*
Abonotichitæ, populi ad pontum Euxinum.
§.Aboraca, Regio ad Mæotidem. Strab. lib.11.
Aborœa, ciuitas eſt Indorum vltra Hypanim.
Aborienes, opp. ciuium Romanorum in Africa.
Aborigenes, populi antiquiſſimi Italiæ indigenæ, quaſi ſine origine ſic dicti.
Aborrhas, flu. qui ante Muſiam præterfluit.
Aboris, vrbs Ægypti. Steph.
Abraces, vnus ex ſummis Artaxerxis Ducibus.
Abradatas, Suſorum Rex, qui cum Cyro pugnauit contra Ægyptios, Xenophon.
Abraam, nomen primi Patriarchæ, interp. pater excelſus.
Abraham, interp. pater multitudinis.
Abrahanus, fluuius Britanniæ inſulæ, Ptol.
Abrettana, pars eſt Myſiæ.
Abrettanus Iupiter, Myſis deus eſt, ſic ab Abrettana dictus.
Abrettini, ſiue Abrettani, populus in Aeolide.
§.Abricorria, opp. in Vltonia, vnde Comes Abticorriæ.
§.Abrinca, ciuitas in Gallia.
Abrettini, Plinio dicuntur Myſiæ populi.
Abrinatæ, populi Pontici. Steph.
Abrincatui, Galliæ Lugdun. populi, Plin.
§.Abrocomas, Darij filius. Herod.
§.Abrocomes, vnus è ducibus Artaxerxis.
Abrocos, regio Æthiopiæ ſub Ægypto.
Abrodiætus cognomen fuit Parrhaſij pictoris.
Abrodiætus, Vlyſſis pictoris cognomen.
§.Abroditæ, populi quidam Platonis ſectatores.
Abron, onis, nomen proprium, interp. Mollis.
§.Abronychus, dux Themiſtoclis contra Lacedæmones.
Abronimœnia, vrbs Galatiæ, Vulgo, *Arcani.*
Abronus, pictor Samius. Plin.
Abros, gens Tarentinorum ad mare Adriaticum, Steph.
§.Abroſtola, ciuitas Phrygiæ maioris.
Abrotinæ, vrbs Myſiæ, Steph.
§.Abrotonion, Themiſtoclis mater.
Abrotonium, nomen prop. fœm. vt Glycerium.
Abrotonnum, Africæ opp. Plin.Strab.lib.17.
§.Abrucium comitatus ſiue territorium in Italia.
Abſarus, flu. Iberiæ, Plin. Abſorum vocat.
Abſatus, amnis Armeniæ, in pontum defluens.
§.Abſephus, amnis Aſiæ per Lampſacum oppidum fluens.
Abſylæ, nomen populi, Plin.lib.6.c.4.
§.Abſitris, opp. Aſſyriæ.
Abſinthij populi, ab herba cognominati, Herod.
Abſorus, inſula in mari Adriatico, Melæ, Vulgò *Oſſero.*
Abſorus, ciuitas in Illyrico. Herod. alij Abſorius legunt.
Abſynthium, vel Abſynthus, ſeu Abſynthus, vrbs Thraciæ, poſtea Ænos dicta. Cuius incolæ dicuntur Abſynthij, Her.
Abſyrthes, Colchorum fluuius.
Abſyrdites, ſeu Abſyrtides inſulæ ſunt in mari Adriatico. Plin.
Abſyrtus, Colchorum Regis filius: aliter Ægialeus.
Abſyrthus ſcriptor Græcus ſcripſit de medicandis equis.
Abſyrtacenſe, opp. Africæ propriè dictæ.
Abydeni, populi ab Abydos Aſiæ ciuitate.
§.Abydon, regiuncula Macedoniæ.
Abydos, pen.prod. vrbs Aſiæ contra Seſtos.
Abydos, patria Leandri, Virg.lib.2.Geor.
Abydos, opp. Ægypti Regia Memnonis. Plin.
Abyla, mons eſt excelſus Mauritaniæ, Steph.
Abyla, & Calpæ montes olim perpetuo iugo coniuncti ab Herculе ſunt ſeparati, & ſic intermiſſum terris mare, quod in hodiernum vſque diem Mediterraneum nuncupatur.
Abyla, Syriæ opp. Plin.Vulg. *Arcata.*
Abylli populi iuxta Nilum. Troglodytis vicini. Steph.
Abyſſa, & abyſſana, ciuitas Arab. Felicis.
§.Abyſtrum, ciuitas Græciæ.
Abucei, populi Æthiopiæ ſub Ægypto, Ptol.
Abuciteni, populi Æthiopiæ ſub Ægypto, Ptol.
Abudiacum, vrbs Mindeliciæ, Ptol. Vulgo. *Burckhauſen.*
Abula, opp. Hiſ. in Luſitania, Vulg. *Auila.*
Abunis, oppidum Sarmatiæ Aſiaticæ in montibus.
Abus, montis Tauri brachium ad Arctον immiſſum.
Abus flu. maximus Britanniæ Ptol. Vulg. *Humber.*
Abuttucenſe, opp. Plin. quod bitucenſe alij. Et abutecenſe, opp. Plin. lib.5. cap.29.
Abzan, decimustertius Hebræorum Dux; regnauit annis vij. Hunc Rab. Salomon, & Chaldæus Paraphraſtes Booz eſſe dicunt.
Abziritanum, opp. Africæ, quod alij Aziritanum.
Abzoe, pen.cor. populi ſunt ad Oceanum Scythicum. Plin. teſte. lib. 6. c.13. 23.

A. ANTE C.

Aca, ciuitas Phœnicum, poſteà Ptolemais. Strab. Plin. autem dicit Acce, quæ quondam Colonia fuit Claudij Cæſaris.
Acabe, mons in finibus Ægypti, Ptol.
§.Acabene Regio in Meſopotamia.
Acabis, villa in Cyrenaica regione, Ptol.
§.Acabis, villa Libyæ.
§.Acacalis, Minois Regis filia, Apoll.
Acaceſium vrbs Arcadiæ, ab Acaco Lycaonis filio.
§ Acacius, nomen proprium cuiuſdam Scriptoris.
§.Acacius, nomen celebris Rhetoris.
Acada, oppidum in Arabia Felici. Ptol.
Academia, locus nemoroſus ab Academo Heroe dicta, ab Athenis mille paſſus diſtans.
Academia ciuitas prope Athenas, vnde Plato otiundus.
Academia, villa M.T. Ciceronis, apud Puteolos.
Academicus, a, um, qui Academicos ſectatur.
Acadinus fons iuxta Palyros in Sicilia Alex. ab Alex.
Acadra, opp. in Arabia Felici, Ptol.
§.Acalandrum, amnis prope oppidum Metopontum.
Acallis, idis, Minois filia, quæ Oaxen genuit. Steph.
§.Acamantis, inſula. Cyprus.
§.Acamantius, nomen Philoſophi Heliopolis.
Acamarchis nympha marina, Oceani filia. Diodor.lib.6.
Acamas, vnus è Thraciæ Principibus, Hom.
Acamas, Antenoris filius fuit.
Acamas, nomen promontorij in Cypro, Strab. lib.14.
Acamantium, Phrygiæ opp. Acamante conditum.
Acamantide, ſiue Acamantida, vetus nomen Cypri. inſ.
Acanatum, opp. Cariæ regionis. Plin.
Acani, Hirpinorum populi Italiæ, Plin.
Acanne, emporium Æthiopiæ ſub Ægypto, Ptol.
Acanthus, puer Regius verſus in florem ſui nominis.
Acanthus, ciuitas Ægypti prope Memphim.
Acanthus, opp. in Macedon. quod Athamanum.
Achantina inſula in ſinu Barbarico, Ptol.
§.Acapeatæ, populi prope Mæotidem.
Acapis, pen.cor. flu. Aſiæ apud Lazos pop.
Acara ciuitas eſt in medio Pannoniæ.
Acara, opp. in Gallia Ciſalpina. Strab.
Acara opp. in octaua Italiæ Regione, Strab.lib.5.
Acaraſſus, vrbs Lyciæ. Steph.
Acaris, vel Acarides Phrygiæ vrbs. Steph.
Acarnania, regio Epiri, in qua eſt Leucas.
Acarnania, ciuitas parua in Ægypto. Ser.

Digitized by Google

Acarnania, ciuitas non procul è Syracuſis Cic.
Acarnanus,a,um. *Coſa de aquella Prouincia.*
Acarne vicus eſt Atticæ regionis apud Papin.
Acarne opp. Magneſiæ in Macedonia.
Acaron ciuitas paleſtinæ, quæ Cæſarea dicitur.
Acartha,vrbs Achaiæ.
Acaſta, Nympha Oceani, & Tethyos filia.
Acaſtus, Peliæ Theſſalorum Regis filius. Ouid.
§.Acca, ſoror & ſocia Camillæ.
Acca Laurentia, Fauſtuli Regis paſtoris vxor.
§.Accabicotichitæ, populi Mauritaniæ iuxta Atlantem montem.
Acabicus muris,opp. circa Herculis columnas, à Carthaginenſibus conditum, Steph.
Accheni populi Arabiæ, iuxta collum Rubri maris.
§.Accia, Auguſti Cæſaris mater.
Acci,vrbs Hiſp. Ptol. Actio olim,hodie *Guadix.*
§.Accitſi, populi iuxta Mæotidem.
Accitani populi ex Accis Hiſpaniæ ciuitate.
§.Accitum,opp. Gratiatæ.
Accius,Tragœdiographus. Cic.ad Attic.
Accius Piſaurenſis, quem Cicer. inter claros oratores in Oratore ſuo refert.
Acius Nævius,eius Cic.lib.de diuination.meminit. Vide Actius.
§.Acco,is, nomen proprium mulieris in dementiam lapſæ, Cel. ant. lect.
§.Accedici,populi in Italia.
Accedum,opp. Carnotum, Ptol. Vulgò *Cneda.*
Acela, vrbs Lyciæ. Steph.
Acephali, dicti ſunt quidam Hæretici.
Accienſes,populi fuerunt Italiæ, qui non extant.
Accuſiorum Colonia, Ptol. vrbs Allobrogum in Gallia hodie Gratianopolis. Vulgo *Grenoble.*
Ace,huius Aces, vrbs Phœniciæ, Ptol.
Acedi,Æquiculorum fuerunt populi, qui non periêre.
Acelum, oppidum Galliæ Ciſalpinæ. Hodie *Monſelice.*
§.Acema,mons Alpium, vnde Varus fluuius oritur.
§.Aces, amnis Aſiæ.
§.Aceſæ,opp. Macedoniæ.
§.Acetius,pictor pictor.
§.Acefius, Apollinis nomen.
Acetiæ,vrbs in Campania,longè à Neapoli.
Acetiani incolæ Acetrarum.
Acetuetis,ciuitas Thraciæ, poſteà Galatia.
Aceſamene, ciuitas Macedoniæ, ab Aceſamene Rege Pieriæ, Steph.
Aceſii imperitus medicus. Vide Eraſ. in Chil.
Aceſinus,pen.prod.flu. Perſiæ qui in Indum cadit.
Aceſta vrbs Siciliæ, quæ poſtea Segeſta.
Aceſtæi populi, Aceſtæ vrbis incolæ, Plin.
Aceſtes,filius fuit Crimiſi fluminis Siciliæ.
§ Aceſtæus, imperitus nauta.
§.Aceſtes, vnus ex Regibus Siciliæ.
§.Aceſtis,is,flu. Italiæ nauigabilis.
Aceſtium,nomen mulieris proprium Pauſoniæ.
§.Aceſtium, filia Xenocritis.
Aceum opp. eſt Colchidis in ripa Phaſidis.
§ Achadoa,opp. ac ſedes Epiſcopalis in Momoniis.
§.Achæa,villa Sarmatiæ Aſiaticæ.
§.Achæa, nomen Cereris.
§.Achæa,nomen Palladis.
§.Achææ petræ, ſcopuli ſunt, è quibus Iordanis fluuius emanat.
Achæi Ponti accolæ, Orcomenionum Colonia.
Achæorum Statio,in Cherſonneſo Helleſponti.
Achæorum, portus inxta Boriſthenem fluuium.
Achæi, populi in Sarmatia Aſiatica, & Achæa villa.
Achæon limen eſt portus in Troade.
Achæmenes, Rex fuit Perſarum ditiſſimus à quo omnes deſcenderunt, vſque ad Darium.
Achæmenides, & Achæmenis, Perſia dicitur ab Achemene.
Achæmenes,alius Xerxis frater. Luc.lib 2.
Achæmenia,pars Perſidis,ab Achæmene. Steph.
Achæmenius,a,um. id eſt, perſicus Lucan.
Achemenides,vnus fuit ex ſociis Vlyſſis. Virg.
Achæus,aliquis de Achara,vel Græcus.
Achæus, Bretrius poëta Tragicus. Suid.
Achæus alter Iunior, item Tragicus. Suid.
Achaia,regio Græciæ,cuius caput eſt Corinthus.
§.Achaia,ciuitas Rhodiorum.
Achaia alia regio in peloponneſo, in qua Thebæ.
§ Achaia, fons prope Dorium vrbem in Meſſenia.
Achaia penè inſula eſt: nam vndique mari cingitur.
Achaia dicta Peloponneſus. *Oy ſe dize,la Morea.*
Achaicum mare dicitur, quod Achaiæ adiacet.
§.Achais,idis, oop iuxta fluuium Oxum.
Achion limen eſt finus maris apud Troadem.
Achabæ fons eſt Africæ in monte Zuchabaro.
§.Achaua,amnis in Arabia.
Achar,nomen ciuitatis,quæ nunc Nizibis dicitur.
Achardeus,flu. in Mœotidem influens.
Acharaca,ciuitas in Aſia prope Tralles,& Niſſam.
Acharitanum,opp. eſt Africæ.
Achama pars Tribus Oeneides. Steph.
Achami,vel Acani, populi iuxta Scythiam.Stephan.
Achates, fluuius Siciliæ.
Achathes nomen eſt gemmæ, quæ apud eum fluuium reperitur.
Achates nomen fidei comitis Æneæ, Virg.
Achædorus, fluuius Macedoniæ, Volat.
Achelous Ætoliæ Rex, à quo fluuius dicitur.
Achelous filius Oceani,& Terræ,qui pro Deianira contra Herculem pugnauit.
Acheloius, adiectiuum poſſes, ab Acheloo.
Acheloides,& Acheloiades Sirenes Acheloi filiæ.
Achelus,nomen viri proprium, Val.Flac.
Achemon,ab aliis Atlas Paſſali, ſeu Candali frater.
Acherini,populi Siciliæ, Cic. in Verr.
Acherius, orator tempore Auguſti Cæſaris.
Acheron filius fuit Cereris abſque patre.
Acheron, flu. apud Moloſſos, qui in ſtagna, quæ inferna dicuntur, profluit. Strab. lib.6.
Acheron flu. in Heraclea Pontica, vbi Canem infernalem Here. deduxit.
Acheron, flu.Brutiorum prope Pandoſiam, Strab. *Sanuto* in Calabria,Aliis *Chierſino.*
Acheron, à Poëtis dicitur fluu. Inferorum.
Acheron, locus in Campania montibus ſeptus, vbi Necromantia exercebatur, Serua.in Virgil. libro 6 Æneid.
Acheron, à Poëtis dicuntur quoque infernales paludes.
Acherontius,a,um, ad Acherontem pertinens.
Acheronti populi ab Acheronte ſic dicti.
Acherontia,ciuitas parua Apuliæ in monte ſita.
Acheruſia palus inter Capuam, & Auerſam prope Cumas.
Acheruſia ſpecus prope Heracleam Ponti vibem.
Acheruſia,lacus Theſprotiæ in Epiro. Strab.
Achidemiſſa, fons Siciliæ in agro Syracuſano.
Achillea, inſula Leucæ, Boryſthenis oſtio obiecta.
§.Achillas,ruſticus Ægyptius,à quo Pompeius occiſus.
Achillea inſula prope Samon inſulam Ioniæ.
Achilleon,opp. Troadis iuxta tumulum Achillis.
Achilleon, Caſtellum prope Smyrnam,& locus in Sicilia, & vicus,& portus Meneſes. Steph.
Achillios,domos, peninſula prope Boriſtenen fluuium.
Achilleum,opp. ad Boſphorum Cimmerium.
Achilles, vir apud Homerum clariſſ. Græcorum fortiſſimus Heros, occiſus tamen à Paride.
Achilis,idos,inſula in Ponto Euxino ad Boryſthenem.
Achimenes, Anobatis Regis Lyciæ filia, Bellerophontis vxor.
Achiſarmi, Africæ populi. Plin.libro 19. cap.6.
Achne, nomen inſulæ Rhodiorum. Plinius libro 5. Vulgo *Caſſo.*
Achne,vrbs Theſſaliæ,& alia Bœotiæ.Steph.
Achola ciuitas Africæ apud Ptol.
§.Acholai,ciuitas Arabiæ.
Acholus,nomen Auctoris, cuius meminit Lampridius.
§.Achomæ,& Achomeni, populi Arabiæ.
§.Achonoria,opp. ac ſedes epiſcopalis in Conacia.
§ Achonria,opp. Conaciæ prouinciæ in Ibernia.
§.Achor,Deus cui Syrenes à pulicibus vexatæ ſacrificabant.
§.Achradina,ciuitas Syracuſæ.
§ Achriane opp. prope Hyrcanum mare.
Achrua,Ptolomæo eſt ciuitas Arabiæ Felicis.
Acibi,locus eſt in Sarmatia Europæ. Ptol.
Acicæ,inſula, quæ & Melos, & Siphnus dicitur Sipontino.
Acidalius,fons eſt in Orchomeno, Veneri ſacer.
Acidalia,cognomen eſt Veneris,ab Acidalio fonte.
§ Acidon, fluuius quidam.
§.Aciculus, fons Italiæ contra oculorum lippitudinem ſalutaris.
Aciduni,locus in Peloponneſo. Strab.
Acidula,aqua in Italia prope Teanum Sidicinum.
Acienſes,Italiæ populi Albenſibus vicini. Plin.
Acila,promontorium eſt Arabiæ. Artemid.
Acila,emporij nomen ex quo nauigatur in Indiam.
Acilius fluuius, vel fons eſt Siciliæ, qui prius Acis dicebatur. Boca.
Acilenſis, inſula Galliæ conuentus Lucenſis.
Acileſana Regio eſt maioris Armeniæ.
Acilius Buta,homo prætorius, Cæl. Rhod.
Acimero,oppid.Bæticæ Hiſpaniæ, quod & Ancinipo. Ptol.
Acinæ,Arabiæ opp. Plin.lib.6 29.
Acitani,gens Hiſp. Martis ſimulachrum colens. Sip.
Aciris,fluuius Italiæ apud Plin. Acrien.Calabria.
§.Acis, paſtor Siculus, quem Polyphemus occidit.
Acis, fluuius eſt Siciliæ, vide ſupra Acilius.
Acis, inſ. vna ex Cycladibus, quæ poſtea Siphinus, Vulg. *Siphano.*
Acis,Fauni filius, ex Simethi fluuij filia, Ouid.
Acitauones, populi inter Alpinas gentes. Plin.
Acithius,fluuius eſt Siciliæ qui Acis, & Acilius.

Acito

Acito insula prope Cretam, quæ & Melos dicitur. Vul. *Milo.*
Acma, ciuitas in Arabia Fel. Ptol.
§. Achmodæ, septem insulæ iuxta Orcades.
§. Acmata, regio Arabiæ.
Acme, nomen proprium mulieris. Catull.
§. Acmenæ, Veneris nymphæ.
Acmones, insula est in mari Britannico. Plin.
Acmonia, vrbs est Phrygiæ: vnde Acmonenses. Plin.
Acmonia quoque est ciuitas Daciæ. Ptol.
Acmonides, vnus Cyclopum: vide Brontes.
Acetes, nomen viri pauperis. Ouid. lib. Metam. 3.
Acmenium, nemus circa Thermodontem.
§. Acolitanum, ciuitas Africæ.
Acone, portus est Heracleæ, non procul ab Acherusia.
Acone, portus est in sinu Mariandineo. Mar.
Acone, portus Bithyniæ, qui prouentu malorum seminum celebris est, vt herbas noxias aconita nominemus. Sip.
Acone, insula è regione Eudemonis, ciuitas Chalcedonis propter cautes plurimas illic nascentes dicta. Steph.
Aconitæ populi sunt Sardiniæ. Strab.
Aconteus, venatoris nomen, Stat. lib. 7.
§. Acontion, opp. Areadiæ.
Acontius, nomen proprium iuuenis ex Cea insula.
Acontius, Magnesiæ mons, alij dicunt esse Bœotiæ.
Acoraba, ciuitas Calybonitidis regionis.
Acoris, ciuitas Ægypti. Ptol.
Acra, opp. Sarmatiæ Europææ. Strab.
Acra promontorium Mauritaniæ Cæsariensis.
Acra Iapygia, promontorium Italiæ. Plin. *Cabo Santa Maria en tierra de Otranto.*
Acraba ciuitas Mesopotamiæ in Syria. Ptol.
Acrabatena, vna ex Toparchiis Iudææ, Palæst.
§. Acrea, nomen Iunonis apud Corinthios.
Acrodina, vrbs Syracusis, de qua Cic. in Verrem.
Acrepsia, opp. Bœotiæ Steph.
Acragas, statuarius, qui in summa admiratione fuit.
Acragas, vrbs Siciliæ, quæ & Agragas.
Acragas, statuarij nomen Plin. lib. 31. cap. 11.
Acræ, arum, ciuitas Siciliæ. Ptol.
Acræa, opp. Peleponnesi.
Acralus, Bacchantium genus Athenis spectabatur.
Acræphia, siue Acreophium, opp. est Bœotiæ.
§. Acrauisci, populi Pannoniæ.
§. Acrenses, populi Siciliæ.
Acria, opp. est Peloponnesi in Laconico.
Acria, vrbs est Bæticæ, non longe ab Hispali.
Acrilla, vrbs Siciliæ, non procul Syracusis. Steph.
Acridophagi, Æthiopiæ populi. Diod. Sic.
Acrio, Philosophus fuit Pythagoreus.
Acritas, promont. est Elidis in Peloponneso. Vulg. *Capo Gallo.*
Acrisius, Argiuorum Rex, Abantis Regis filius.
Acrisioneus, dicitur Danae Acrisij filia.
Acrisione, patronymicum, id est, Danaë.
Acrisionides; Perseus, Acrisij nepos.
Acroathon Thraciæ opp. Pomp. lib. 2.
Acroceraunia, orum, montes excelsi in diuersis locis, sic dicti propter altitudinem, & iactus fulminum, à quibus impetuntur.
Acroceraunium, Epiri promontorium. Ptol.
Acrocomæ, Thraces quidam appellati. Hom.
Acrocon. Vide Athos, & Acrothon.
Acrocorinthus, mons excelsus iuxta Corinthum.
Acrolam, Macedoniæ opp. in sinu Rhizico.
Acrolochias, promont. Ægypti ad Pharon.
Acronius lacus, quem Ahenus flu. inundat. Pomp. hodie lacus Constantiensis.
Acron, Senensium Rex à Romulo victus. Plut.
Acron, Medicus Agrigentinus Hippocrate antiquior. Suid.
Acron, nobilis Grammaticus, Horatij commentator.
Acropolis dicebatur arx Athenensium.
Acrorei, vrbs Triphyliæ. Steph.
§. Acrotadus, insula in sinu Perfico.
Acrothon, opp. super montem Athon. Plin.
Actæa, Nympha, ab acta, id est littore maris dicta.
Actæon, filius Aristæi, de quo Ouid. lib. 3. Meram.
§. Actæus, primus Athenien sium Rex, à quo Athenienses dicti sunt Actæi.
Actei dicuntur Atheni enses, ab Acte, vel Actaone. Plin.
Acta alba, promont. Æ ypti, quod & Leucogion.
Actania, insula in Occeano Germanico. Plin.
Actasta, Nympha, vide supra Acasta.
Acte, es, regio Helidis. quæ postea Attica.
Acte, Romanis vocabatur vbi, quæ Illium Græcè. Steph.
Actes, quidam ex Phœnicia literas in Græciam dicitur intulisse.
Actia, orum, quinquennales ludi Actio Apollini dicati.
Actica, regio appellatur etiam quæ sit Attica.
Actianes, Æthiopum Rex, qui Amasim Ægypti Regem suis crudeliter imperantem Regno deturbauit. Diod.
Actium, Epiri opp. & promontorium in Acarnania.
Acticus, a, um, ad vrbem Actium pertinens.
Actius Nauius, augur fuit tempore Tarquini.
Actius, tragœdiarum scriptor clariss.
Actor, comes fuit Herculis contra Amazones.
Actorides, dicitur Patroclus nepos Actoris.
Actor, Actyoches pater, Alter fuit Auruncus, Virg.
§. Actoris, Vlyssis ancilla.
Acrunium, opp. in Dalmatia Ptol.
Acuenses, populi in Mauritania Cæsariensi. Ptol.
Aculia, opp. est Tusciæ. Ptol.
Acuminæ Legio, ciuitas in Pannonia inferiori.
Acusilaus Athenienſis, Romæ ludum aperuit Rhetoribus. Volat.
§. Acusiorum colonia, ciuitas Galliæ.
Acustus, Peliæ Thessalorum Regis filius. Ouid.
Acutia, ciuitas Iberiæ. Steph.
Acutia. P. Vitellij vxor, quam Lælius Balbus maiestatis postulauit. Tacit. lib. 5.
Acylina, vrbs Illyriæ, Steph.
Acylius, nomen est viri proprium.
Acyphas, vrbs Thessaliæ, quæ & Pindus.
§. Acytos, insula non procul Creta.

A. ANTE D.

Ada, altera vxor Lamech. Gen. 4. vxor etiam Esau, filia Elon, Gen. 36.
Ada, Adæ, filia fuit Hecatumni Cariæ Regis. Strab. lib. 14.
Adaca ciuitas Palmyrenæ regionis in Syria.
Adad, deus est, quem Assyrii summum venerantur. Mac.
Adad, filius Badad, Rex Edon quartus. Gen. 36.
Adada, ciuitas in Tribu Iudæ, Iosue 15.
Adada, ciuitas est quoque eiusdem Palmyrenæ.
Adada, siue Adadara, ciuitas Pisidiæ in Pamphilia.
Adæ, arum, oppidum Asiæ. Strab. lib. 13.
Adæi, Arabes Ægypto finitimi. Ptol.
Adalas siue Adula, mons Belgicæ, vnde oritur Rhenus.
Adalbero, Metensis Episcopus, Euseb.
Adalbeno, Babins. Genuensis Episcopus. Euseb.
Adalta, filius Ammam, filij Amadatha. Est. 9.
Adalgarius, Aquitanus nobilis, Paul. Æmil. lib. 1.
Adam linguâ Hebraicâ idem quod ruber. Ioseph.
Adama vrbs Pentapoleos, gen. 10.
§. Adamannus, Monachus Ibernus plura scripsit, de quibus Trithemius.
Adamantij, cognomen olim tributum Dydimo, deinde Origeni.
Adamastor, nomen Gigantis. Claud.
Adamastus nomen viri proprium apud Virg.
Adamiani hæretici, ab Adam nominati.
Adamus, Centurio Genuensis, qui missu Hyppomanem, vt Barbarussam classes instaurantem opprimeret. Paul. Iob.
Adana, opp. Siciliæ. Ptol. Adena, vide Steph.
Adani, orum, duę vrbes in Arabia Felici. Ptol.
§. Adani, duę insulę in sinu Arabico.
Adarchidę, gens Libyca, Steph.
Adarupolis, vrbs Persica. Steph.
Adazi, ciuitas Arabię Felicis. Ptol.
Adata, ciuitas maioris Armeniæ in Arauena.
§. Addaria, oppidum Momoniacum in Hibernia.
Addica, ciuitas Mesoporamię ad Euphratem.
Addua fluuius est Larium lacum influens. Plin. Vul. *Adda.*
Ader, locus est iuxta Bethlehem.
Adeba, opp. Hispaniæ. Ptol.
Adedum, villa in Arabia Felici. Ptol.
Adelphius, nomen viri Antonio familiaris, Strab.
Adercon vrbs Iberię Steph.
§. Ades, inferorum Deus qui & Dis vocatur.
§. Adelmus Ibernus plura scripsit, de quibus Trithem.
§. Adeodatus, Pontifex Romanus anno 672.
§ Ades siue Hades, Rex Molosſię.
Adessus, ciuitas Cariæ in Asia minori. Ptol.
Adgandestrius, Catorum princeps. Tacit.
Adiabarę, populi Æthiopię. Plin. lib. 6. c. 30.
Adiabenę, regio vltra Armeniam, quę antea Assyria.
Adiabena, regio Orientalis prope Assyriam, Strab.
§. Adiatorix, Mecłij Galatię Tetrachę filius.
Adilisius mons Bœotię, vnus ex quinque montibus.
Adimanthus, nomen viri Athenienſis Platonis frater. Laërt.
Admete, tes. Nympha Oceani, & Tethyos filia.
Admetus, Rex Thessaliæ, cuius armenta annis nouem pauisse fertur Apollo.
Adobricum, opp. Hispaniæ in Arabico sinu.
Adonai, nomen Dei apud Hebræos.
Adonia, orum, festa Veneri Adonię dicata.
Adonis, nomen prop. Cinyrę Cypriorum Regis filij.
Adonis, fluuius, qui ex Libano monte profluit: sitque annis singulis sanguinolentus. Luci.
Adonis, pastor formosus, cui templum in Byblo Phœnicio dedicatum. Virg.
Adonis fluuius Syriæ. Ptol.
Adopistus, ciuitas Cappadociæ præfectura Licaoniæ.
Adra, ciuitas Arabię Petrosę. Ptol.
Adra, opp. Syriæ cœlesi. i. canę. Ptol.

Digitized by Google

Adra, ciuitas Liburniæ apud Ptol.
Adræmon, fuit Thoantis pater teſte Hom.
Adrano, campi in Germania maiori, Ptol.
Adrama, ciuitas Syriæ in Batanea regione.
Adramelech, idolum Aſſyriorum. Bibliæ.
Adramis, & Dramin, nomen proprium.
Adramittenus, homo nobilis, occiſus à piratis. Cic.
§. Adramitteon, ciuitas Myſiæ maritima.
Adramittus, & Adramitium, opp. Phrygiæ minoris.
Adramitium, opp. Ecclidis. Pompon.
Adramitis, inſula Liciæ. Steph.
Adrana, vrbs Thraciæ parua ſupra Berenicem, Steph.
Adrana, Cattorum Germaniæ populorum, fluuius. Tac.
§. Adraaon, ciuitas ad radices Ætnæ.
Adrapa, ciuitas Galatiæ, quæ noua Claudiopolis.
Adrapſa, pforum, vrbs Bactrianor. Strab.
Adraſtia, regio non longè à Troade in Myſia.
Adraſtea, Dea, quæ hominibus memoriam adimebat.
Adraſtus, Rex Argiuorum Thalaonis, & Eurymones filius.
Adraſtus, Pereoſij filius. Hom. Iliad. 2.
Adria, vrbs Græciæ Illyrico mari proxima, quæ mari Adriatico cognomen dedit. Iuſti.
Adria, vrbs Italiæ ad mare, quæ & pro mari ponitur.
§ Adrianus, vnus ex Romanorum Imperatoribus.
§. Adrianus, Pontifex Romanus, anno 772.
§. Adrianus ſecundus. Pont. Rom. anno 867.
§ Adrianus tertius, Pont. Rom. anno 884.
§ Adrianus quartus, Pont. Rom. an. 1154.
§. Adrianus quintus, Pont. Rom. an. 1276.
§. Adrianus ſextus, Pont. Rom. an. 1522.
§. Adryx, ciuitas Syracuſan.
Adrius, mons per medium Dalmatiam diuidens.
Adros, inſula deſerta adiacens Hiberniæ.
Adropicum, Hiſpaniæ vrbs in Attabris. Pompo.
Adrumentum, opp. in Bizantio Africæ regione. Hier.
Adrumentum, ſiue Adrumentum, ciuitas Myſiæ, Steph.
Adriam, ſuperius diximus quoque vocari Abduam.
Adrianopolis, ciuitas in Thracia. Vulgo *Adrianopoli*.
Adullas, mons eſt, ex quo Rhenus in Septentrionem excurrit. Strab.
Adubanus, flu. qui alio nomine Dantubius.
Aduatici, pop. ſunt Galliæ, Cæſari. *Los del Condado de Henao, y Namur.*
§. Adulas, mons Lougobardiæ.
§. Aduliis, vrbs Æthiopiæ.
§. Aduliton, oppidum Troglodyticæ.
§. Adultus, nomen Iouis.
Adunicatæ, populi in Gallia Narbonenſi.
Aduyme, opp. Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
§. Adytmachidæ, populi ſunt Libyæ Mediterranei.

A. ANTE E.

Æa, nomen puellæ venatricis in inſulam ſui nominis verſa.
Æa, opp. Colchis, quæ & Æpolis, Plin.
§. Æa, vrbs Theſſaliæ.
Æacides, dictus eſt Achilles ab Æaco nepos.
Æacus, qui Endeida Chironis filiam duxit vxorem.
Æacidæius, a, um, ab Æaco dicitur.
Ææa, Circe dicta, ab aſpernantium voce.
Æamene, pro Nabathæorum regione. Steph.
Æane, vrbs Macedoniæ. Steph.
§. Æanitis, regio Nabathæorum.
Æantium, opp. Troadis Aiacis ſepulcrum.
Æantium, eſt etiam Magneſiæ promontorium. Plin.
Æantium, opp. Macedoniæ, aliàs Æanum. Ptol.
Æas, antis. Epiri fluuius in Ionium mare fluens.
§. Æbuta vrbs Hiſpaniæ, vulgo *Talauera*.
Æbudæ, inſula quoque Britanniæ. Steph.
Æca, vrbs Italiæ, à qua Æcani populi. Plin.
Æca, vrbs Colchorum ad Phaſin fluuium.
Æciſne, nomen eſt canis apud Xenophontem.
Æculani, pop. in ſecunda regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 11.
Ædemon, Ptolomæi libertus, Plin. lib. 5. cap. 1.
Ædepſum, opp. in regione Locride. Strab.
Ædepſos, Eubœæ ciuitas, non Edepſos.
§. Ædeſſa, opp. Macedoniæ.
Ædepſia, mulier Alexandrina magnæ caſtitatis. Suid.
Ædon vxor Zeti Regis, fratris Amphionis,
Ædon, mons Thraciæ, vnde Ædontis poſſeſſiuum.
§ Ædonis, mulier quædam Thraciæ.
§. Ædui, populi Burgundiones in Gallia.
§. Æduſij, populi Galliæ.
Æta. vel Ætes Colchorum Rex fuit.
Æſulani, populus Italiæ, per æ, diphthong.
Ægæ, arum, opp. eſt Ciciliæ. Lucan.
Ægæ, promontorium Æolidis percelebre. Plin.
Ægæ, arum, opp. Eubœæ, à quo mare Ægæum.
Ægæ, arum, oppidum Macedoniæ, Plin.
Ægæa, nomen duarum vrbium, quarum vna in Emathia, quæ & Edeſſa, altera in Mauritania. Ptol.
Ægæon, gigas ſæuiſſimus, & inmanis.
Ægæon, nomen pirataæ, dictus ab Ægea inſula.
Ægæon, cognomen antiquum Neptuni.
Ægæum mare, pars maris Mediterranei prope Græciam.
Ægæum mare, quòd Ægæus Theſei pater illic ex Athenarum arce ſe dejecerit.
Ægæum mare, quòd Ægea Amazonum Regina in eo perierit.
Ægæum mare, ab Ægæo opp. in Eubœa, Strab.
Ægæum, a Scopulo inſula inter Tenedum, & Chium incipit.
Ægæum mare, à ſpecie capræ, repente in medio mari exilientis ſic dictum.
Ægæum mare, eſt prope Græciam, & amplum, multas habens inſulas. Archipelago.
Ægæa, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Ægæi populi in Arabia Felici. Ptol.
Ægææ, Achaicæ, penes quas Cratinus amnis labitur.
Ægaleos, mons in Attica regione, non Ægalios.
Ægara, ciuitas Lyciæ in Aſia proprie dicta.
Ægas, opp. Peloponneſi, apud Homerum.
Ægeis, Trib. Atticæ, ab Ægeo Pandionis filio. Steph.
Ægates, promontorium Ælides. Steph.
Ægeeus, nomen proprium. Strab. lib. 10.
Ægeli, populi in Media. Steph.
Ægemon, poëta, qui bellum Lacedæmoniorum, & Thebanorum verſibus ſcripſit, aliàs Hegemon.
Ægeria, Nimpha, vxor Numæ Pompilij Regis Rom.
Ægeria Nympha quæ colebatur prope lacum Aricinum.
Ægeſtes, Theſproti, ab Ægeſto quodam Imperatore. Steph.
Ægetini, populi Calabriæ in Italia.
Ægeus Athenarum Rex, Theſei pater.
Ægeſtani, Siciliæ populi, quos Plin. Segeſtanos vocat.
Ægiale, vxor Diomedis, qui bellum contra Troianos cum Græcis geſſit, aliter Ægialea.
Ægiale, vna eſt Gratiarum, quæ & Thalia.
Ægiale, ciuitas in Attingo inſ. vna Cycladum. Steph.
Ægialeus, Thoreos fuit filius.
Ægialeus, Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia.
Ægialeus, Inachi filius ex Nelea Oceanide, a quo Ægialea dicta, quæ poſtea Peloponneſus.
Ægialeus, Medæ frater, qui & Abſyrtus. Iuſt.
Ægilia, inſula adiacens Ætoliæ regioni. Vulg. *Cecerigo*.
Ægilos, olim dicta Achaia. Plin.
Ægialium, opp. Septentrionale ad Pontum.
Ægida, opp. Iſtriæ. Plin. lib. 3. cap. 16. *Cabo de Iſtra*.
§ Ægides, Theſeus filius Ægei.
Ægium, opp. Macedoniæ, aliàs Æginium.
§. Ægila, inſula quindecim milliaribus à Cytherea diſtans.
Ægilodes, ſinus eſt Laconiæ. Plin. lib. 4.
§. Ægilops, ciuitas Epiri iuxta Crocyleam.
§ Ægilos, inſula maris Lygiſtici.
Ægimius, nomen viri, qui annis 200. vixit. Plin.
Ægimoti, duo promontoria contra Carthaginis ſinum. Plin.
Ægimurus, inſula vrbi Corſicam, inter Capraria.
Ægina Æſopi Borœæ & Gis filia, a qua vrbs Peloponneſo adiacens contra Atticam, Ægina vocata. Vulgo *Legina*.
Ægina, inſul. Pæreo portui propinqua, à qua Ægineticus.
Æginetes, arum, ab Ægina, vt, Ægineticus mos.
Ægina, aliàs Ænopia, & Oenopia dicta. Ouid.
Æginis, Æaci fluuius filia, quam Iupiter amauit.
Ægina, inſula eadem ab Ægina Æaci matre dicta.
Ægineta, ſiue Æginenſes populi, incolæ Æginæ inſulæ patriæ Mercei.
Ægium, opp. Macedoniæ in ea regione, quæ Pieria.
Ægium, Illyricorum opp. Steph.
Ægius, fluuius Thraciæ prope Gonon vrbem.
Ægon, oppidum eſt Arabiæ.
Ægoceras, dictus eſt Iupiter, quòd corio capellæ Amaltheæ pro ſcuto vſus ſit.
Ægipanes, populi ſunt nudi, leues caprinos pedes habentes.
Ægira vrbs inter Ætolos, & peloponneſiacos.
Ægeſſa vrbs fuit Æoliæ in Aſia. Horat. lib. 1.
Ægis ſcutum fuit Iouis, intetp. capra.
Ægiſthas, filius Thyeſtis ex Pelopeia filia.
Ægiſthus, alius Belli Priſci filius.
Ægium, opp. Peloponneſi, vbi Iouem à capra nutritum fuiſſe, dicunt.
Ægitharſum, promontorium Sicenæ ad Occidentem. Vulgo *Cabo de San Teodoro*.
Ægle, Heſperi Italiæ Regis filia quæ ſorores habuit Arethuſam, & Heſperethuſam, quæ Heſperides dictæ.
Ægle, Nympha Solis, & Neeræ filia.
Æglete, inſula prope Cretam, vnde Apollo Ægletes.
Ægocoras, tribus quædam antiqua nimirùm apud Athenienſes. Steph.
Ægocoros, i, capricornus, animal marinum, quod Iupiter inter aſtra collocauit. Lucanus.
Ægeon, nomen paſtoris apud Virg. quod caprile interp.
Ægeon, promontorium Lemni inſulæ dictum.
Ægonenſis, porta Romæ quæ quondam Quirinalis.
Ægonis, promontorium Africæ. Ptol.
Ægonus, mons eſt Romæ, qui poſtea Quirinalis dictus.

Ægophagos

Ægophagos, cognomen Iunonis apud Lacedæmonios, quod ibi capræ illi immolarentur, Cæſ.
Ægos, Cherſoneſi Thraciæ flu. Strab.
Ægoſtis, vrbs Locridis, Steph.
Ægopotami, vel Ægopotamitæ, eius fluuij accolæ.
Ægoſthenenſes Græciæ pop. Megarenſibus tributarij.
Ægoſthenia, opp. Phocidis in Achaia.
Æguſa, inſula in mari Siculo, quæ & Aretula. Vulg. *Marettimo.*
Ægus nomen proprium apud Plaut. interp. quatio.
Ægys, vrbs Laconica. Steph.
Ægyla, inſ. quæ. 15. paſſuum millib. à Cythera diſtat.
Ægylæ, populi Ægypti, Marmaricæ nominati.
Ægylipa, inſula, in qua regnauit Vlyſſes. Hom.
Ægyon, ſiue Engio, vrbs in Sicilia non magna, ſed valde vetuſta.
Ægyptus, Homero eſt Nilus fluuius Ægypti.
Ægypſos, vrbs ad ripam Iſtri fluuij ſita. Ouid.
Ægyptini, dicuntur Æthiopes, quod Ægyptiis finitimi ſint.
Ægyptum mare Aſiatici pars eſt, à valle Catabathmon, Cyrenaicam prouinciam ab Ægypto ſeparante, vſque Peluſiam tendit.
Ægyptus Aſiæ prima pars, in duas partes ſecatur, quarum vna Delta, à forma literæ Ægyptus inferior vocatur: altera, quæ ſecundum Nilum contermina Æthiopiæ verſus meridiem ad Cyrenem vſque procedit, Thebas appellata. Prol. Plin. Pont.
Ægyptus Regio ab Africa Canopico diſterminatur oſtio; ab Aſia vero Peluſiaco. Plin.
Ægyptus, Africæ proxima ab Ægypto Danai ſtatre ſic appellata, priùs Æetia dicta.
Ægypti figura triquetra eſt, quam Nilus efficit.
Ægyptius. & Ægyptiacum, adiectiua ab Ægypto.
§. Ægyra, inſula & oppidum Achaiæ.
§. Ægyptus, filius Beli Regis Babyloniæ, quinquaginta habens filios.
Æiulanum, Hirpinorum opp. in Italia.
Ælana, opp. in Arabia Felici, vnde Ælaniticus ſinus, Plin.
Æletani populi intra Iberum, vſque ad montem Pyreneum, & Pompeiana trophæa habitantes.
Ælia, Ricina Piceni vrbs, vulgò *Recanati.*
Ælia, Calabriæ vrbs, à qua Ælianus, a, um.
§. Ælia Hieroſolyma ita dicta ab Ælio Adriano eiuſdem recuperatore.
Ælianus Sophiſta Romanus, auditor Pauſaniæ, ſcripſit de animalibus, & alia, quæ extant.
Ælius, & Ælia, nomina propria Romanorum.
Ælius Stilo, nomen ſcriptoris cuiuſdam. Plin.
Aëllo, trium ſyllabarum, vna eſt Arpyiarum.
Aëllo nomen canis Acthæonis, de quo Ouid.
Æmathia regionis pars, quæ nunc Macedonia. Plin.
Æmilia, genus à Mamerco Pythagoræ filio cui propter humanitatem cognomen fuit Æmylos, i. blandiloquus. Plaut.
Æmilia, familia Romæ honeſtiſſ. fuit.
Æmilia Regio Italiæ, quæ Flaminia, & Romandiola dicitur.
Æmilia, via ab Æmilio Conſule dicta.
§. Æmilia, nomen Virginis Veſtalis.
Æmiliana ædificia erant extra Romam. Cor. Tac.
§. Æmilianus, Africanus iunior ſic dictus, P. Æmilij filius.
Æminius, flu. Hiſpaniæ in Luſitania. Plin. Minor.
Æminium, opp. Hiſp. Ptol.
Æmochares, cognomen Martis fuit, quaſi ſanguine gaudens.
Æmon, vel Hermon, vir, cuius meminit Ouid. in Ibin.
Æmonia, Colonia eſt in Pannonia. Plin *Citanona.*
Æmonia, Regio eſt Græciæ, quæ & Theſſalia.
Æmonia, opp. eſt Noricæ. Plin.
Æmonides, & Æmonius, a, um, ab Æmonia.
Æmonides, nomen proprium viri. Virg.
§. Æmonis, nomen mulieris Theſſalonicæ.
Æmus mons inter Thraciam, & Theſſaliam. Strab.
Æmaria, inſ. in ſinu Puteolano, quæ & Inarime.
Æneaticus, a, um, ab vrbe Ænea, Thraciæ opp.
Ænea, vrbs in regione Creſſea Mygdoniæ contermina.
Ænea, ciuitas, quæ poſtea dicta Laniculum.
Æneas, nomen viri Troiani, à Virg. celebrati.
§. Æneatius, lucus Ioui ſacer.
§. Ænea, vrbs Thraciæ ab Ænea condita.
§. Æneades, populi vrbis Æneæ.
§. Æneadæ, Troiani ab Ænea dicti.
§. Æneis, Venus ſic dicta.
Æneſi, dicti ſunt comites. Feſt.
Æneſidemus Dymeus, nomen Præfecti Argiuorum apud Achæos, de quo Liuius, 4. Decad. lib. 2.
§. Æneſidemus, nomen proprium Philoſophi.
Æneſiphyta, portus Libyæ in Marmarica.
Æneſypta, inſ. adiacens Libyæ in mari Ægyptiaco.
Ænetus, mons quidam Steph.
Æoi, inſula eſt iuxta Arabicum ſinum. Prol.
Ænia, opp. Ætoliæ, vnde Æniæ, & Æniani.
Æniades, qui Ænianes, populi ſunt Ponti.
Ænianicus, a, um, populi Perrhæbiæ, quos Æmatias, Æneadas, & Æniences vocabant.
Ænienſes, populi ab Ænia Perrhæborum oppido.
Æniochi, populi feri iuxta Pontum. Lucan.
Ænius, flu. Perrhæborum. Steph.
Ænonum, opp. in Illyride, ſeu Liburnia.
Ænobarbus, nomen proprium à barba rutila, æneique coloris.
Ænos, opp. Thraciæ celebre Polydori tumulo. Vulgò *Eno.*
Ænos, flu. Rhetiæ, ſiue Noricorum.
Ænus, Germaniæ fluuius in Danubium fluens.
Æneus, mons Cephaloniæ, in quo Æneſij Iouis templum eſt.
Ænna, ciuitas in vmbilico Siciliæ collocata.
Æola filia Æoli, ex leprata coniuge. Hom.
Æolio, regio 7. inſularum inter Italiam & Siciliam.
Æolia, regio Aſiæ media inter Myſiam, & Ioniam.
Æolis, regio eſt Helleſponti, quæ quondam Myſia.
Æolium mare, quod Aſiatico littori adiacet.
Æolides, dictus eſt Vlyſſes ab auo Æolo.
Æolus, Liparam, & Ælidas inſulas à ſe nominatas tenuiſſe perhibetur, & in his Strongylem inſulam, ex cuius fumo quinam flatus futuri eſſent in triduum prædicebat, vnde ventorum Rex putatus eſt.
Æolus, filius Iouis ex Sergeſte filia Hippotæ Troiani.
Æolus, Tuſcorum Rex fuit, à quo Æolia.
Æos, Typhonis fuit filius, à quo ferunt, Paphon ciuitatem conditam, alij Pygmalionis opus eſſe ſcribunt.
Æpea, vrbs Laconiæ Pharis contermina. Strab.
Æpea, vrbs Cypri, & alia Cretæ Steph.
Æphitij, ſunt Arcadiæ populi, Lactant.
Æpitus Arcas, fuit heros nobilis, inter Græcos, qui ad Troiam profecti ſunt. Hom.
§. Æopolus, nomen proprium paſtoris.
Æpulo, Iſtrorum Rex, qui ſeipſum interemit. Liui.
§. Æpus, mons Lydiæ.
Æpy, vrbs fuit ſub ditione Neſtoris, Hom.
Æpycus Arcus fuit genere nobilis inter Græcos, qui ad Troiam profecti ſunt. Hom.
Æquiſilici, Hiſpaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 3.
Æquicolæ, populi ſunt Italiæ. Virg. lib. 7. Æne i.
Æqui, cognomen Phaliſci, populi Hetruriæ.
Æquiculani, Italiæ populi. Plin. lib. 3.
Æquimelum, locus Romæ, vbi domus Melij ſolo æquata fuit.
Æquum, Colonia Romanorum in Dalmatia. Prol.
Æquum tuticum, Apuliæ oppidum à Diomede Græco poſt Troiæ euerſionem conditum. Serui.
Æquus Cluilius, Dux Volſcorum. Rom. victus. Liu.
Ærca, oppidum Prouinciæ Narboncnſis.
§. Æria, ciuitas Ægypti.
Ærope, pen. cor. Attici vxor, de qua Ouid.
§. Ærope, Cephei filia, ex qua Mars genuit Æropum.
§. Æropus, dux Epyri Pyrrho familiaris.
Æroſa, ab Antiquis Cyprus appellata, quod in ea æris plurimum naſcatur. Sext. Pomp. *Chipre.*
Ærſis, villa quædam in regione Cyrenaica.
Æſa, vrbs Thraciæ, finitima Parallenæ. Steph.
Æſacus Rhetiæ primæ fluuius. Vulg. *Iſach.*
Æſarus, fluuius Troianus ad Idam montem. Steph.
§. Æſarus, fluuius Græciæ.
Æſacus, Priami filius ex Alyxorthoë Dimantis filia.
Æſageus, nomen montis apud Homerum.
Æſageus, pen. prod. Troadis fluuius. Strab.
Æſapus, filius fuit Bocolionis maximi filiorum Laomedontis.
Æſapius, fluuius Siciliæ, Theocrit. Commentatori.
Æſapius, fluuius Calabriæ apud Crotonem.
§. Æſapus, fluuius iuxta Idam montem.
Æſchines, Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus, præter quem alij hoc nomine claruerunt, nempe:
Æſchines, Philoſophus Socratis diſcipulus. Diog.
Æſchines, alius qui de arte oratoria ſcripſit.
Æſchines Mytyleneus, qui oratorum flagellum dictus.
Æſchines Neapolitanus, Philoſophus Academicus.
Æſchrio nomen hominis Syracuſani. Cic.
Æſchrion, Mytyleneus verſificator, Ariſt. familiaris.
Æſchilus, pen. cor. nomen Poëtæ Tragici.
Æſchilus, Gnidius, Rhetor, Ciceronis præceptor, Cic.
Æſchrion, nomen Authoris, præceptoris Galeni.
Æſculanus, & Argentinus, dij dicti ſunt æris, & argenti, locupletandorum hominum poteſtatem habentes. Bud. lib. 5. de Aſſ.
Æſculapius, Apollinis ex Coronide Nympha filius, Medicinæ primus illuſtrator, ob eámque rem in deorum numerum receptus dicitur.
Æſernia, Samnitum vrbs in Italia, nunc Iſernia.
Æſernius, nomen proprium viri. Cicer. de optimo gen. orat.
Æſina, ciuitas eſt propinqua Troiæ.
Æſis & Æſium Vmbræ ciuitas, quæ Aſimates. Prol.
Æſis. Vmbriæ fluuius in Adriaticum mare fluens. *Fiumeſino, en la marca Anconitana.*
Æſiſium, vrbs Vmbrorum in Italia, nunc Aſſiſias, Diui Franciſci patria. Vulg *Siſi.*
Æſitæ populi Aſiatici Aralbiæ deſertæ.
Æſius, amnis eſt in ora Bithyniæ, Plin.

Æson,pater Iasonis,frater Peliæ Thessaliæ Regis.
Æsopus,Phryx genere, fabulator clarissimus.
Æsopus Tragœdus, Ciceronis amicus.
Æsopus fluuius,qui Zoliam præterfluit.
Æstiua,orum,populi in magna Germania.
Æstræum,oppidum Macedoniæ,Ptol.
Æstræi,populi eius vrbis incolæ.
Æstria,insula in mari Adriatico, Pom.
Æsyetes,nomen viri proprium.Hom.2.Iliad.Strab.
Æsymnus,vnus Græcorum ab Hectore occisus.
Æsyrmus,vrbs Thraciæ.Hom Iliad.5.
Æta,Colchorum Rex,Medeæ Pater.
Æta,nomen est montis in Thessalia.
Æthalia,insula adiacens Italiæ in mari Ligustico.Plin.Vulg.*Palmosa.*
Æthalia,alia insula,quæ Chios dicitur. Plin.
Ætalida,pars Tribus Leontidis,Steph.
Æthea,vna ex centum vrbibus Laconiæ.
Ætherea,quæ postea dicta est Æthiopia.Plin.
Æthenices,vel Æthices,populi Macedoniç.Hom.
§.Æther,cognomen Iouis. Lucret.
§.Æthus,fluuius Scythiæ.
Æthices,Thessaliæ populi, Pindi accolæ.Strab.
Æthiope,insula est maris Oceani, prius Macaria.
Æthiopia, ab Æthiopo Vulcani filio sic dicta.
Æthiopia,ab Occidente,habet montes Atlanticos:ab Oriente,Ægyptum:à Meridie,Oceanum:à Septentrione, Nilum fluuium.
Æthiopia, pars Africæ,torridæ Zonæ subiecta inter Arabiam, & Ægyptum.
Æthiopia,antea Ætherea,deinde Atlantia dicta.
Æthiopia, bifariam diuiditur,pars vna Asiæ, altera Africæ assignatur, Hom.
Æthiopia nigros homines præ nimio calore producit.
Æthiops,Vulcani filius:à quo Æthiopia.
Æthiops,& Æthiopissa,vir,aut mulier ex Æthiopia regione.
Æthiopicus,a,um,quod ad Æthiopiam attinet.
Æthiopium,Regio Lydiæ apud Nilum. Steph.
Æthlius,Iouis filius,Endimionis pater. Hesiod.
Æthon,vnus fuit quatuor equorum Solis.
Æthon,Alius fuit Hectoris equus.
Æthon,alius fuit Plutonis equus.Claud.
Æthra,filia Pitthei Regis,& vxor Ægei.
Æthra,alia Oceani, Tethyos filia,Atlantis vxor.
Æthra,alia mater Pitthei,Ouid.in Epist.
Æthræa insula,quæ postmodùm Rhodus dicta. Vulg. *Rhodus.*
Æthria,vrbs quæ posteà dicta Atria,à qua mare Atricum,quod nunc Adriaticum.
Æthria,insula prope Lemnon,quæ posteà Thassos.
Æthrusa Siculi maris insula, quam Æguſam alij dicunt.
Æthyssei,populi Libyæ,Marmaridis vicinæ,Steph.
Ætius Consul, Val. Romani Consulis collega, ex agricola Magister equitum factus,& à Bonifacio bello victus.
Ætius,nomen Auctoris medici, cuius scripta extant.
Ætna,Siciliæ ciuitas,alio verbo Adrianum dicta Steph.
Ætna,mons Siciliæ perpetuò ardens.Vulg. *Mongibello.*
Ætna,mons Siciliæ prius Inesia dicta.Volat.
Ætna,vrbs Siciliæ, quæ & Catana dicta.Strab.
Ætnæus,a,um,quod ad Ætnam pertinet.
Ætolia,regio est Græciæ inter Acarnaniam,& Phocidem. Plin.Strab. Vulgò.*Ei Despotato.*
Ætolius,a,um,quod ad Ætoliam attinet.
Ætolus,Martis filius fuit.Plin.
Ætolus alius filius fuit Endymionis,qui cædes per imprudentiam in patria perpetrata fugit in eam regionem, quam Ætoliam à se vocauit.
Ætusana, regio est Armeniæ minoris.
Ætus olim appellatus fuit Ægypti fluuius, qui posteà Nilus dictus est,vt ex Lycophrone annotauit Cæl. lib.29.c.13.
Æx,ægos,nomen scopuli inter Tenedum, & Chium in mari Ægeo. Plin.lib.4.cap.11.
Æx,ægos,oppidum Marsorum.Prol.
Æxones, populi fuere in Attica, dicacitate insignes. Cæl.Rhod. lib.18.
Æxone,pars Tribus Cecropidis.Steph.
Æxonia vrbs Magnesiæ,Steph.
Æzanus,Tantali filius à quo Æsani populi.Her.
Æzica,pars Thraciæ.Steph.

A. ANTE F.

Afer,aut potius Apher,vir,aut mulier in Africa ortus.
§.Affania,oppid.Momoniarum in Ibernia.
Afrania,Licinij Bructionis vxor prompta ad lites contrahendas. Val. Max.
L.Afranius,alter Dux Pompeianus notiss.
Afranius Poëta Comicus,teste Cicerone in Bruto.
Africa Regio, dicta ab Afro vno ex posteris Abrahe de Cetura. Ioseph.
Africa, apud aliquos in Maiorem & Minorem diuiditur.
Africa minor ab Occasu, Numidiam habet, ab Ortu Cyrenaicam, à Septentrione mare Mediterraneum.
Africa in minori, olim fuere Carthago, Vtica, Pentapolis,Hippone, Rhemigium,& fluuius Bargada.
Africa maior autem,quæ Meridie incipit, & ad Occasum vsque protenditur.
Africa,tertia orbis pars,freto Herculeo, ac Nilo à cæteris orbis partibus deducitur.
Africa,Libya,& Hesperia à Græcis dicta.Volat.
Africus,a,um,res ad Africam pertinens.
Africus,ventus Meridionalis est,ab Africa flans inter Austrum,& Zephyrum.
Africanus,a,um,vt gens Africana.Scipio Africanus.
§.Africanus, vnus ex Alexandri Consiliaribus.
Africanæ,absolutè sunt Pantheræ,quæ varij sunt generis.
Afrodisius,fluuius est,qui steriles reddit mulieres.

A. ANTE G.

Aga,mons è quo Arexes,& Euphrates, fluuij oriuntur, quem Strab.& Ptol. Abon.siue Abani vocant,Hermo.in Plin.lib.9.
Agætus,Scytharum Rex.
Agamantæ,populi circa Mæotim.Plin.
Agamede,des,opp.Lesbi insulæ,Plin.
Agamedes,nomen viri proprium.Cic.in Tuscul.
Agamania,promontorium,& portus circa Troiam,Steph.
Agamma,ciuitas in Mesopotamia ad Euphratem.
Agamemnon, Atrei,& Æropes filius, Mycenarum Rex, & Menelai frater.
Agamemnon, Græcorum consensu Imperator ad Troianam expeditionem deletus fuit.
Agamemnonius,a,um, Virg. Agamemnoniasque Mycenas.
Agamemnon, proprium nomen Argiuorum Regis.
Agamestor,nomen est Regis Athenienſium.
Agamuza,Mediæ oppidum, Plin.lib.6.cap.14.
Agane,est filia Cadmi,& Hermiones.
Agandei,populi circa Mæotim.Plin.lib.6.cap.7.
Aganfine,pop. Libyæ interioris in Ægypto.
Aganippe,es,fons Bœotiæ Apollini,& Musis sacer.
Aganippis,idis, denominatiuum ab Aganippe.
Aganippæus,a,um, res ad Aganippem fontem pertinent.
Aganza,oppidum Mediæ,Ptol.
Agapenor fuit præfectus classis Agamemnonis.
§ Agapetus,Pontifex Romanus,ann.534.
§.Agapetus Secundus,Pon.Rom.946.
Agapetus,pen.prod.nomen proprium viri,interp.dilectus est.
Agapitus,puer 13.annorum,sub Aureliano passus.
Agapius Alandrinus commentarios in medicinam edidit. Suid.
Agapius alius, Athenienſis Philosophus, Suid.
Agar,ancilla Abrahæ,interp.aduena.
Agareni pop. qui nunc Sarraceni, à Sara Abrahæ vxore sic dicti.
Agareni,populi sunt Arabiæ,Dionys.
Agaricum,promontorium iuxta Mæotin, Ptol.
Agarus, fluuius Sarmatiæ, qui ab Ouid. Sagaris.
Agarus, vrbs,& amnis, à quo Agarico radici nomen datum creditur.
Agarum, est etiam Promontorium Sarmatiæ.
Agartha, ciuitas in Susana regione, Prol.
Agasias,Stymphalus vir fortissimus,& bello clariss.
Agasicles,fuit Lacedæmoniorum Rex,Plut.
§.Agasco, nomen proprium serui apud Horatium.
Agasus,portus,& promontorium Apuliæ.Plin.
Agasthenes pater Pollyxeni,qui nauibus suæ gentis præfuit in expeditione Troiana Hom.
Agastrophus,Pæonis filius,heros interp.primus Troianorum bellator à Diomede vulneratus in coxa.Hom.
Agasyrtus,cognomen Pittaci Mitelenæi Philosophi.
Agatha,opp.Prouinciæ Narbonenſis,Plin.
Agatha,Virgo martyr sub Gallo,mamillis torta.Vol.
Agatarchides,historicus Samius,teste Plut.
§.Agathea,oppidum Phocidis.
Agathias cognomen Scholasticus,scripsit post Procopium,res gestas Iustiniani Principis eiusque Ducum,aliaque nonnulla, de quibus Suid.
Agathyrnum,opp.est Siciliæ,Plin.
§.Agatho,Pont.Romanus,ann.679.
Agatho,Philosophus Pithagoricus,de quo Ælia.
Agatho,vir eximiæ fortitudinis & magnitudinis,Volat.
Agathon,Tibicen,Cantilenarum suauitatem maiorem in modum æres deliniens.
§.Agathocles,Dux Græcus,Lysimachi filius.
Agathocles natus patre figulo,per multa scelera tyrannidem inuasit. Iust.lib.22.
Agathocleæ,insulæ duæ adiacentes Arabiæ Felici.
Agathon,Priami filius, qui cum patre Hectoris corpus redempturo, ad Achillem profectus est.
Agathon dæmonos,id est,boni dæmonis, insula quædam in mari Indico,Steph.
Agathopolis,vrbs Galliæ Narbonenſis,Vulg.*Montpelier.*
Agathusa,vna Cycladum, vnguento nobilis.
Agathyrsi,pop.Scythicus,Hieron.Plin.
Agathyrsum,siue agathyrsa,ciuitas, de qua Silius.

§.Agathyrsus.

§.Agathyrſus, vnus ex Herculis filiis Scythiam inhabitans.
§.Agaue, Cadmi filia, quæ Pentheum filium occidit, quod Bacchanalia feſta contemneret.
Agaui, populi ſunt Septentrionales. Hom.
Agauus, vnus è Priami filiis. Hom.
Agbatana eſt ea vrbs, quæ Ecbatana. Herod.
Agdanum, opp. in Arabia Felici, Ptol.
Agdan, villa in Cyrenaica regione, Ptol.
Agdiſtis, mons eſt ſub quo ſita eſt vrbs Peſſinus. Pauſa.
Ageducum, vrbs Galliæ, Ptol. Vulgò *Sens.*
Agelades, pen. cor. nomen ſtatuarij generoſi.
Agelaſtus, dictus eſt Craſſus, auus Craſſi apud Parthos interempti, eo quod ſemel tantum in vita riſerit.
Agenates, populus Aquitaniæ, Plin. Ageſinates.
Agenor, Rex Phœnicum Beli Regis filius.
Agenor, alius Antenoris filius, Hom.
Agenotide, dicti ſunt Phœnices ab Agenore, Strab.
Agenoreus, a, um, poſſeſſiuum eſt ab Agenore.
Macris, inſula eſt in in Macri Lycio, Plin. lib.5. cap.31.
Macris, cognominata eſt Chios inſula, Plin. lib.5.
Macris, quoque dicta prius quæ poſtea Icarus, Vulg. *Nicaria*.
Macritus Cous, Sinopen in Ponto condidit, Steph.
Macrobij, dicuntur populi longioris vitæ.
Macrobij, pop. ſunt Meroës inſulæ Æthiopiæ Ægypti, Pomp. lib.3. in de ſcrip. Æthiopiæ.
Macrobij, pop. Athonis montis incolæ, Plin. lib.4.
Macrobius, nomen viri proprium, Latinè longæuus dicitur.
Macrocephali, pop ſunt ad Boſphorum Cimmerium, Pomp.
§. Macrochir, Artaxerxis nomen.
Macrocremnij, montes ſunt prope Iſtrum flu. Pliu.
Macrocremnus, mons eſt Sarmatiæ Europæ.
Macrones, pop. fuerunt tributarij Darij, Herod. lib.7.
Macrontychos, id eſt, longus murus, opp. eſt Thraciæ.
Macryas, vocat Steph. quos Plin. & Ptol. Maclyas.
Macryes, pop. ſunt Africæ propriæ, Ptol.
Mactorium, vrbs eſt ſita ſuper Gelam in Sicilia, Vulg. *Mazarino*.
Macynia, ciuit. eſt Æroliæ, Strab. lib.9.
Macyſtos, mons eſt Lesbi inſulæ notiſſimus, Plin. lib.5.
§. Madagaſcar, inſula citra Æthiopiam.
Madaraſſa, opp. eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Madaura, ciuitas in collimitio Getuliæ & Numidiæ ſita, Vulg. *Oran*.
Madaurenſis colonia, vnde fuit Apuleius Socraticus.
Maduxenſis colonia, ſub ditione Syphacis collocata.
Madia, ciuitas eſt Colchidis regionis, Ptol.
Madiama, ciuitas eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Madian, vrbs quædam ab vno filiorum Abraham ex Cethura ſic vocata.
Madian, trans Arabiam ad meridiem in deſerto Sarracenorum ſita eſt. Hieronymus.
Madianea, & Madianeis regio dicitur à Madian.
Madianites, ſinus eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Madoca, ciuitas eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Madugi, pop. ſunt Æthiopiæ ſub Ægypto, Ptolom. Græca habent Cadupi.
Madurus, opp. eſt Numidiæ nouæ, Ptol. vnde
Madurenſe legit Politianus, vbi Plinius mendoſe, Materenſe.
Madurenſe hoc in loco, vera lectio eſt Materenſe.
Mædytus, vrbs Helleſponti, gentile Mædites, Steph.
§. Maea, oppidum iuxta Helleſpontum.
Mæander fluu. Phrygiæ in Aſia propria, Ptolo. Vulgò *Babaſchi*.
§. Mæander, mons in India.
Mæandrius, a, um, res ad Mæandrum pertinens.
Mæandria, opp. eſt Epiri, Plin. lib.4. cap.1.
Mæandropolis, opp. fuit Cariæ regionis, Plin. lib.5.
§. Mæchlinia, ciuitas in Brabantia.
Mædia, cum æ diphthongo, ciuit. eſt in Thracia.
Mædi, pop. ſunt Thraciæ, Medi verò ſine diphtongo, Aſiæ.
Mædica præfectura eſt Pæoniæ vicina.
Mænades, apud Græcos, dicuntur mulieres, Bacchi ſacrificulæ, à Græco mainomai, id eſt, inſanio. [ficia, Iuuenal.
Mænades, ſpatſis capillis inſtar furentium celebrabant Bacchi ſacri-
Mænala, qui & Mænalus intellectu ſingulare, voce autem plurale, mons eſt Arcadiæ altiſſimus, & ciuitas quoque, vnde
Mænelius, a, um, adiect. res ad vtrumque pertinens.
Mænalia, vrbs Galatiæ, Steph.
Mænius, Conſ. Rom. Priſcos Latinos, ac Antiates nauali prælio, anno ab vrbe condi. 450. deuicit.
Mænobera, vrbs Maſtienorum, gentile Mænobæreus.
Mœnoles, dictus eſt Dionyſius, quod Latine furentem ſignificat, cui Bacchi Orgia celebrant.
Mænomen, montes ſunt in Sardinia, Ptol.
Mæonis, regio eſt Aſiæ minoris, quæ poſtea Lydiæ.
Mæones, pop. dicti, qui poſtea Phryges.
Mæones, Anamæon adoleſcentulus, à ſe dictos condidit, Beroſus.
Mæonius, a, um, res ad Mæones pertinens.
Mæonides, vir, & Mæones fœmina ex Mæonia. [carmen.
Mæonides, per excellentiam dicitur Homerus, vnde & Mæonium
Mæotis, palus Septentrionalis, quæ coniungitur Ponto Euxino, Vulg. *Mar de Fana, o mar Negro*, aliis *Zabacca*.
Mæotæ, pop. ſunt Mæotidis paludis accolæ, Plin.
Mæotei, pop. ſunt Septentrionales ad Tanaim, fluu.
Mæoticus, a, um, res ad Mæotidem pertinens, Virg.
Mæpa, ciuit. eſt Armeniæ maioris, Ptol.
Mepha, ciuit. eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Mæſanites, ſinus maris Perſici in Arabiæ Deſerta, Ptol.
Magares, ſiue Macates, pop. ſunt Ætoliæ, Plin. lib.4.
Magarſos, ciuit. eſt Ciliciæ, Plin. lib.5. cap.7.
§. Magdeburgum, opp. Germaniæ, Vulg. *Magdemburg*.
§. Magdolus, oppidum Ægypti.
Magellini, pop. ſunt Siciliæ ſtipendiarij, Plin. lib.3.
Magi, pop. ſunt Perſidis ſapientiæ ſtudioſi.
Magia, fons Siciliæ in agro Syracuſano.
Magia, vrbs Illyriæ, gentile Magiates, Steph.
Magidana, ciuit. eſt Græcorum in Arabia Fœlici, Ptol.
Magini, pop. ſunt Septentrionales, de quibus Tibul.
Magiſtrica, regio Tauriſcorum iuxta Alpes, Steph.
§. Magius, fluuius Momoniarum in Ibernia.
Magna, inſ. in Libyca, gentile Magnites, Steph. [mas eſt', vel
Magna Græcia, dicta eſt ea Italiæ pars, quæ à Terento vſque ad Cu-
Magna Græcia, quod multæ, magnæque ciuitates in ea à Græcis fuerunt conditæ, Feſt.
Magna Græcia, à quibuſdam tota Italia dicta eſt.
Magnata, vrbs Iberniæ, à quo Magnatæ pop. dicti.
Magnes, Athenienſis comicus fuit tempore Epicarmi, docuit fabulas nouem, Suid. (Suid.
Magnes, item Smyrnæus puer Gygi Lydorum Regi prædilectus;
Magneſia promont. eſt Macedoniæ confinis Theſſaliæ.
Magneſia, promont. eſt Macedoniæ, Ptol. Vulg. *Cabo Verlichi*. [lib.3.
Magneſia, vrbs eſt Ioniæ in Aſia minori ad Mæandrum fluu. Herod.
Magneſianus, a, um, Hieronymus fecit à Magneſia.
Magnetes, pop. ſunt Magneſiæ regionis.
Magneti, pop. Darij Regis tributarij, Herod. lib.3.
Magnetis, idis, fœmina eſt ex Magneſiæ regione. [Steph.
Magnetis filius Glaphyras, conditor Glaphyrarum, vrbs Theſſaliæ
Magneſſa Hippolyte. Acaſti Regis Magneſiæ coniux.
Magniana, opp. eſt Pannoniæ ſuperioris, Ptol.
Magnus, fluu. eſt Cappadociæ.
Magnus portus, Ptol. in diuerſis locis ponitur.
Magnus portus, lacus Britanniæ. Ptol. Vulg. *Portiſmouth*.
Mago, onis, opp. eſt in minori Baleari, Ptol.
Mago, Auctoris Afri nomen, qui de re ruſtica ſcripſit.
Mago, Dux Carthaginenſis, qui Romanis in bello Tarentino auxilio venit ante bellum Punicum, Liu.
Mago, Annibalis frater in agro Inſubrium, vulneratus apud Corſicam obiit, Liu. lib.30.
Mago, item à Scipione apud Carthaginem in Hiſp. captus, ac poſt Læliam Romam miſſus, Liuio. [lib.1.
Magog, filius Iaphet, à quo Magogæ dicti, qui Græcis Scythæ, Ioſeph.
Magogum, Regnum in Aſia, quem Saturnus Babyloniis Rex condi tuiſſet.
Magoras fluu. eſt Phœniciæ, Plin. lib.5. cap.20.
Magorum ſinus, ponitur in Arabia Felici, Ptol.
Magrada, fluu. eſt Citerioris Hiſpaniæ, Pomp.
Maguba, ciu. eſt Meſopotamiæ ad Euphratem, Ptol.
Maguiaba, ciuitas eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Maguntia, ciuitas eſt Germaniæ.
Magunta, populi ſunt Germaniæ.
Magura, ciuitas eſt Libyæ interioris, Ptol.
Maguſa, ciuit. eſt in Arabia Petrea, Ptol.
Maia, Atlantis filia ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercurium

suſcepit. Hæc propter ingenij & doctrinæ excellentiam ludis, ſeu feſtis (quæ etiam nunc menſe Majo apud nos vigent, Vulg. *De las Mayas*) nomen dedit, vide Matamo lib. de aſſerenda Hiſpanorum eruditione.

Mala, dea quædam Fauni filia, cui in mellario vaſe non mel, ſed vinum ſacrificabant.

Maieſtas, dea Honoris & Reuerentiæ filia, Ouid.

§. Mayus, oppidum academicum Conaciæ in Ibernia, & caput Comitatus, ac titulus Marchionis, & Vicecomitis.

Maius, menſis à maioribus, quibus conſecratus erat, dictus, ſicut Iunius à Iunioribus, Macrob.

Malaca, opp. eſt Bæticæ in ora maritima, Pomp. Vulg. *Malaga.*

Malacitanus, a, um, res ad Malacam Bæticæ pertinens.

Malachadi, ciuit. eſt Libyæ interioris, Ptol.

§. Malachias, Ibernus, Archipræſul Armachanus, qui obiit an. 1148. plura ſcripſit, de quibus vide Poſſeuinum.

§. Malachias, Ibernus ordinis Minorum ſiue Prædicatorum, nonnulla ſcripſit, quorum meminit Poſſeuinus.

Malchubii, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.

Malchus, hiſtoricus ſcripſit hiſtoriam a Conſtantino vſque ad Anaſtaſium, Suid.

Malchus, famulus Sacerdotis, quem percuſſit Petrus. (*Maluſia.*

Malea, promontor. eſt ſinus Laconici in Peloponneſo. Vulg. *Cabo*

Maleacus, a, um, Malea, vt ſinus Maleacus.

Malena, regio eſt Acarnitidis, Herod. lib. 6.

Maleos, inſul. adiacens Iberniæ vna ex quinque Ebudis, Ptol.

Maleos, emporium eſt Æthiopiæ Ægypti, Ptol.

Maleos, inſul. eſt adiacens Liburniæ.

Malethubalus, mons eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.

Malcuentum, Campaniæ, opp. quod boni omnis cauſa Beneuentum vertum. Perotto. Vulg. *Beneuento.*

Maſæus, mons eſt Indiæ in Orctum gente, Plin. lib. 2.

Maliaca, ciuit. eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptol. Vulg. *Benauente.*

Maliachi, duæ inſulæ in ſinu Arabico, Ptol.

Maliatha, ciuit. eſt Arabiæ Petreæ, Ptol. [Soli. cap. 70.

Malichos, inſul. eſt à qua Scenon 125. paſſuum millibus diſtat,

Malicha, vrbs Theſſaliæ, à qua pop. Malices, Steph.

Malicus, opp. à quo ſinus Maliacus videtur dictus.

Malicus, apud Papin. legitur, pro quo mendoſe *Milet.*

Malicus, ciuit. eſt confinium Locridi & Doridi.

Maliacus ſinus, qui adiacet Malico oppido.

Malimnus Siciliæ mons Theocrito, ob id quod malis, id eſt, pomis refertus ſit.

§. Malla, oppidum Momoniarum in Iberniæ.

Mallaba, ciuitas eſt in Arabia Fœlici, Ptol.

Mallada, vrbs Perſica, gentile Mailadenus, Steph.

Mallois, locus in Lesbo, vbi Apollinis templum eſt, Steph.

Mallos, ciu. eſt Ciliciæ propriè dictæ, Ptol. Vulg. *Malo.*

Mallottes, vir, & Mallotis fœmina, à Mallo vrbe.

§. Mallus, mons Indiæ intra Gangem.

Malotæ, per ſimplex, l. ſcribitur ſemper à Latinis.

Malotæ, à patria, dicuntur Crates, Ariſtophanes, & Philiſtides.

Malotæ, vide an ſit à Mallos an Malos.

Malquæ, pop ſunt Libyæ interioris, Ptol.

Malſanæ, vrbs Fœlicis Arabiæ, gentile Malſanites, Steph.

Malzachæ, inſ. eſt adiacens Corcyræ, Plin. lib. 4. cap. 1.

Malua, per u, vocalem, flu. eſt Mauritaniæ Tingitanæ.

Mamala, villa eſt Arabiæ Fœlicis, Ptol.

Mamarema, vrbs Auſoniæ, gentile Mamarcinus, Steph,

§. Mamas, fluuius in Peloponneſo.

§. Mamblia oppidum Æthiopiæ.

Mambre, mons iuxta Hebron.

§. Mameacus Pythagoræ filius.

Mamechia, ciuit. eſt Albaniæ regionis, Aſiæ, Ptolom. legendum potius Camechia.

Mametchus, prænomen Æmiliorum.

Mametcorum meminit Cic. de claris orat. & in off.

Mamercus, præſul Viennenſis, primus ſupplicationes, quas noſtri rogationes vocant, inſtituit, Volat. [latur.

Mamers, dictus eſt Mars Oſcorum lingua, qui & Mauors appel-

Mamertes Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, Ouid.

Mamertium, opp. eſt Campaniæ, Strab. lib. 6.

Mamertini, pop. ſunt Campaniæ à Mamertio.

Mamertini, quum colonos in Meſſanam miſiſſent, ipſi quoque Mamertini, potius quam Meſſanenſes dicti ſunt.

Mamertina quoque Meſſana ciu. dicta eſt, & Mamertinum vinum, non Meſſanenſe, Martial.

Mammida, ciu. eſt Perſidis regionis, Ptol.

Mammilla, Telegoni filia, à qua Mammillorum familia vocata.

Mammilea, Tetrarchia eſt Syriæ Cœles, Plin. lib. 5. c. 23.

Mamortha, ciu. eſt Palæſtinæ Iudææ, Plin. lib. 5. cap. 13.

Mampſatus, mons eſt Africæ propriæ, Ptol.

Mampſari, pop. ſunt eiuſdem Africæ, Ptol.

Mamuga, ciu. eſt Cathiotidis regionis Syriæ, Ptol.

Mamurra, Senatoria familia erat Romæ.

Mamurra, eques Romanus, Formis natus, Plin. lib. 36. cap. 6. [Ouid.

Mamurrius, faber fuit æratius, qui Ancyla fabricauit Saliorum. M.

§. Managhia, oppidum ac titulus Vicecomitis Conaciæ in Iberniæ.

Manalis petra, oſtium erat Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manent, qui dicuntur Manes. [uia. Feſt.

Manalis petra, quæ cùm in vrbem perraheretur, inſequebatur plu-

Manalis fons, dicitur pro eo, quod aqua ex eo ſemper manat Feſt.

Manapia, ciuit. eſt Iberniæ inſulæ, Ptol.

Manarmanis, portus in Germania magna, Ptol.

Magnates, pop. fuere in Latio interiore, Plin.

Manathuſa, ſiue Manechuſa, opp. Cicer. inſ. Pomp.

Manathuſa, opp. Cret. vbi mendoſe legitur Camoracuſa.

Manchana, ciu. eſt Meſopotamiæ ad Tigrim, Ptol.

Mandagandeni, pop. ſunt Acolidis, Plin. lib. 5. cap. 30.

Mandagana, ciuit. eſt Mediæ, Ptol.

Mandagarſis, ciu. eſt quoque Mediæ, Ptol.

Mandane, Aſtyagis filia, quæ Cambyſi nupſit Her.

Mandela, pagus eſt ſabinus, Horat. lib. epiſt. 1.

Mandei, orum, pop. ſunt Indiæ, Plin. lib. 6. cap. 17.

Mandertium, opp. eſt Liburnorum, Plin. lib. 2. cap. 22.

Mandibuli, pop. ſunt in Aquitania, Strab.

Mandonius, Deus Hiſpanus, Romanorum partes in Hiſpania iuuit cum Scipione Africano, Liuio lib. 29.

Mandori, pop. ſunt Libyæ interioris, Ptol. [ctus eſt Imperator.

Mandro, Nauicularius quiſpiam, qui aſpirante fortuna tandem fa-

Mandropolis, vrbs Phrygiæ, ciuis Mandropolites. Steph.

Mandrus, mons eſt Libyæ interioris. Ptol.

Mandryum, vrbs Apuliæ, ciuis Mandrynus, Steph.

Mandanam, opp. eſt Mediterraneum Mauritaniæ.

Mandubii, pop. ſunt Galliæ iuxta Alexiam.

Manechuſa, ſiue Mnnathuſa, opp. Cretæ inſulæ.

Manes, flu. eſt Locridis, qui & Bæagrius, Strab.

Maneſium, vrbs Phrygiæ, à Mane ditiſſimo conditore, Steph.

Manethus Mendes, Ægypti ſacerdos, ſcripſit Philoſophiam, & alia nonnulla, Suid.

Mangon, inſul. eſt Æthiopiæ Ægypti in ſinu Arabico.

§. Mania, ſiue Mona, inſula in Ibernico mari ſita, vnde Barbi originem traxiſſe creduntur, & multis Druidæ.

Mania extrema, opp. eſt Lesbi inſulæ, Ptol.

Mania, vrbs Parthorum ab Oriente Hyberno, Plinio lib. 6. cap. 25.

Mania, dea larium mater, cui olim ſacrificabant, &

Maniæ, latuæ quædam, quæ pueris minitari ſolent.

Manichæi, hæretici, à quodam Perſa Manichem dicti.

Manitæ, pop. ſunt Arabiæ Fœlicis, Ptol. [Liu. lib. 1.

Manilius Octauius, Tarquinij gener, qui Romanis bellum intulit,

Maniolæ, inſulæ ex aduerſo Indiæ extra Gangem. [qui Luce, Feſt.

Manius, prænomen ab eo, quod mane quis initio natus ſit, vt Lucius

Manius Marcius, ædilis, primum frumentum populo in modios aſſibus donauit. lib. 18. c. 3.

Manliana, opp. eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ, Ptol.

Manliana, opp. eſt Thuſcorum in Italia, Ptol. Vulg. *Manliano.*

Manlius, nomen viri proprium.

Manlius, Anthiochenus, conditione ſeruus, arte Aſtrologus, ac poëta, Plin. lib. 35. cap. 17.

Manlius Capitolinus, ſic ob defenſum Capitolium dictus.

T. Manlius Torquatus, cognomento Imperioſus, vnde

Manliana imperia, prouectum in eos, qui nimis rigida iuris obſeruatione, humanitatis & æquitatis obliuiſcuntur.

Manlius Volſo, contra Gallo græcos bellum geſſit, & eos ſuperauit, de quo Liuius lib. 4. Decade 1.

Manlius Torquatus, orator plus habuit facultatis ad dicendum, quàm voluntatis, Cicer.

L. Manlius, pictor inſignis, de quo Macrobius.

Mannus filius fuit Teutonis dei, à quo dicti Alemanni.

Manoba, opp. eſt Bæticæ in ora maritima, Vulg. *Bæmiliana.*

Manocaminum, ciuit. eſt Ægypti.

Manreli, pop. ſunt Libyæ interioris, Ptol.

Manreli, pop. ſunt Colchidis regionis, Ptol.

Manteum, opp. eſt in Ionia, Plin. lib. 5. c. 29.

Manteum, aliud opp. eſt Colophoniorum, Plin. ibid.

Manthyrea, locus eſt in Arcadiæ regione.

Mantines, pop. confines Armeniis, & terræ Giſſiæ. Herod.

Mantinea, quæ Ptol. Mantinia, & poſtmodum Antigoni oppidum in eadem Arcadia, Plin. lib. 4. c. 6.

Mantinum, ciuit. eſt Corſicæ inſulæ, Ptol.

Mantius, Melampi filius ex Iphineaſſa Prœti filia.

Mantous, fuit Tireſia vates Thebani filia, Viz. lib. 10.

Mantua, opp. eſt Galliæ Ciſalpinæ, Virgilij patria.

Mantua ab Ocno filio Tyberis, & Manto Tyreſiæ vatis filia condita dicitur, Vulg. *Mantua.*

Mantuanus, a, um, à Mantua deducitur.

Mantua, quoque, opp. eſt Hiſp. Ptol. Vulg. *Madrid.*

Mapalia domus ſunt paſtoriciæ in Cyrenaica regione.

Mapeta, ciuitas eſt Sarmatiæ in Aſia, Ptol.

Maphoriæ, pop. ſunt Arabiæ Fœlicis. Ptol.

Mapſæ, ciuitas eſt Idumææ in Palæſtina, Ptol.

Marabina, opp. eſt Cyrenaicæ regionis. Ptol.

Mara, ciuitas metropolis Arabiæ Fœlicis, Ptol.

Maraca, ciuitas eſt Arabiæ Fœlicis, Ptol.

Maraga, ciuitas eſt Arabiæ Fœlicis, Ptol. [vt ſcribit Eraſm.

Maras, vir apud Beroen Syriæ ditiſſimus, humanus, & officioſus,

Marafdi, ciuit. eſt Arabiæ, Ptol.

Marathe, inſ. eſt prope Corcyram, Plin. lic. 4. c. 12.

Marathaſium, vrbs Cariæ, gentile Marathelij, Steph.

Marathon,

Digitized by Google

Marathon, locus celebris in Attica regione, Strab.
Marathon, opp. iuxta Thricorticum. & Rhamnem, Strab. lib.9.
Marathonius, a, um, id eſt, res ad Marathonem pertinens.
Marathonius taurus, dictus eſt, quem, apud Marathonem Theſeus interfecit.
Marathonius, campus eſt in Hiſp. citeriori, Strab.
Marathus, parua vrbs eſt Phocidis, Strab. lib.9.
Marathuſa, opp. eſt Cretæ Mediterraneum, Plin. lib.4.
Marathuſa, inſul. adiacens Epheſo, quæ & Clazomenia, ſic dicti à copia fœniculi.
Marcæum, mons Troadis iuxta Getagitem. Steph.
Marcella, mulier Rom. quæ quum à matre rogaretur, num gauderet ſe nupſiſſe, reſpondit. Ita valdè, vt ampius nolim.
§. Marcellus, Pontifex Romanus, ann. 296.
§. Marcellus, Pontifex Romanus, ann. 304.
§. Marcellus II. Pontifex Romanus, an. 1555.
Marcellus, vir Romanus clariſſimus, de quo Plutarch. & alij ſcripſerunt.
Marchubij pop. ſunt Africæ propriæ. Plin. lib.5.
Marcinna, ciuit. eſt in Italia, Strab. lib.5.
Marclydia, latro inſignis in ſylua Dodonæa, Torrel.
Marcoduri um Vbiorum vicus in Belgica, Vulg. *Dura.*
Marcomani, pop Germaniæ quos nunc Moruuos, & Bohemos dici exiſtimant.
Marcoti, pars eſt, quæ vbi mari imminet, Tenia dicitur.
Marculus, diminutiuum à Marco, inquit Feſt.
§. Marcus, Pontifex Romanus, ann. 336.
Mardata, ciuit. eſt Armeniæ minoris, Ptol.
Mardara, ciuit. eſt Ponti Cappadocum, Ptol.
Mardi, pop. ſunt Armeniæ maioris, Ptol.
Mardocea, regio eſt Babyloniæ, Ptol.
Mardonia, regio eſt Epiroticæ regionis.
Mardonia, mendosè, pro Pandoſia legitur: Theoph. Mardonius Perſa, pro Xerxe in Græcia bellum gerens ab Arimeceſto Spartiata ſaxo obrutus eſt. Plut.
Marea, vrbs eſt Ægypti Africam verſus, Herod. lib.2.
Marcontis, locus eſt prope Alexandriam, Plin. lib.5. c.10.
Marcotis, portitio eſt Africæ iuxta Cyrenaicam.
Mareotis, idis, regio eſt pars Ægypti.
Mareotidis villa præfectura Libyæ, Ptol.
Mareotis, pars Epiri, in qua optimum vinum naſcitur.
Mareoticus, a, um, res ad Mareotidem pertinens.
Mares, pop vicini in Moſiucœis. Steph.
Margæa, nomen fontis, Plinio, quo nomine dicta eſt vrbs in Elide, gentile Margus, Steph.
Margalæ, ciuit. eſt in Peloponneſo, Strab. lib.8.
Margaſi, pop. ſunt Mediæ, Ptol.
Margiana, regio eſt Aſiæ maioris, Strab. lib.10.
Margiana, regio eſt in Media, vnde Margiani, hodie *Zagatai* dicuntur.
Margus, fluu. Margianæ regionis in Oxum fluens, Ptol. lib.6. cap.10.
Maria, fœmininum eſt à nomine Marius, Claud.
Maria, nomen Virginis Deiparæ.
Matia, palus eſt in Ægypto Marmarica, Ptol.
Mariaba, metropolis eſt Sabæorum, Strab. lib.16.
Mariama, ciuit. eſt Arabiæ Fœlicis, Ptol.
Mariama, ciuit. eſt Caſiotidis regionis Syriæ, Ptol.
Mariamitani, pop. ſunt Syriæ Cœles, Plin. lib.5.
Mariana, ciuit. eſt Corſicæ inſulæ, Ptol.
Mariana foſſa, locus eſt in prouincia Narbonenſi.
Mariana foſſa inter Maſſiliam, & Rhodanum aſſidet, Pomp. Vulg. *Aquas mortuas.*
Mariani, montes in Bætica, nunc *Sierrena Morena.*
Marianidini, pop. ſunt confines Bithyniæ, Herod.
Marica, dea eſt littoris Minturnienſium iuxta Lyrim amnen, Horat. 8. carminum.
Marica, ciu. eſt Perſidis regionis.
Marica, ſylua eſt Italiæ in Campania.
Matidunum, opp. eſt Britanniæ inſulæ, Ptol.
Marimaruſa, à Cimbris dicitur quod mare mortuum ap.
Marina, palus in Cyrenaica regione.
Mariona, ciu. eſt Germaniæ, Ptol. Vulg. *Luxemburg.*
Marionis, alia ciuitas Germaniæ, Ptol.
Maris, fluu. Agathirſorum in Iſtrum fluens, Herod. lib.4.
Marithi, montes ſunt in Arabia Felici, Ptol.
Marium, opp. Cypri inſulæ, Steph.
Marius Arpinas humili loco natus, ſepties apud Romanos Conſul fuit, Plut.
Marij, multi fuerunt, de quibus vide Volaterranum.
Marmaces, pop. ſunt Æthiopæ, Steph.
Marmarica, regio eſt Ægypto, & Libyæ vicina, hodiè *Barcha.*
Marmaridæ, pop. Africæ Ægypto contermini, Plin. lib.5.
Marmaridus, a, um, res ad Marmaridas ſpectans.
Marmarium, opp. eſt Euboeæ inſulæ, Strab.
Marmaria, gens eſt in Sarmatia Europæ.
Marnam, templum Iouis Cretenſis in Gaza Paleſtinæ.
Maro, vt quidam volunt, opifex figulus, pater Virg.
Marobundum. opp. eſt Germaniæ, Pto.
Maroneia, ciu. eſt Ciconiæ in Thraciæ Cherſoneſo.
Maroneia, vrbs eſt Thraciæ, Hero. lib.7. Vulg. *Maronea*
Maroneia. à Marone Rege Thraciæ, vnde vinum Maroneium.
Maroneia, ab Euandro Rhadamanti filio condita. Herod.
Maronias, ciu. eſt Chalcidicæ regionis Syriæ.
Marora, opp. eſt Cappadociæ, Ptol.
Marpaſa, opp. Aſiæ, de quo Plin. lib.2. & 10.
Marpeſus, mons in Paro inſula, à quo
Marpeſius, a, um, Virg. *Aut ſtet Marpeſia cautes.*
Marpiſſa, filia Eueni ſpecioſa inter paucas nymph.
Marranibius, flu. Sarmatiæ Aſiaticæ, Ptol.
Marraſium, opp. eſt Perſidis regionis, Ptol.
Marrubium, opp. eſt Marſorum, Strab. Vulg. *Maura.*
Marucini, opp. Sorum in quarta Italiæ regione.
Mars, apud gentiles deus belli creditus eſt, Var.
Mars, dictus quod maribus in bello præſit.
Mars, à poëtis Mauors dicitur, quod magna vertat.
Marſi, pop. Italiæ inter Pælignos, & Samnites.
Marſi, pop. in Scythia, Herod. lib. 4.
Marſia, Regiuncula Italiæ à Marco Cicero filio, dicta.
Marſus, a, um, & Marſicus, a, um, adiectiua, Cic.
Marſia, flu. Apameam præterfluens.
Marſippus, vrbs Phœniciæ gentile Marſippus, Steph.
Marſonia, ciu. eſt Pannoniæ inferioris, Ptol.
Marſpiter, Martis pater, ſicut Dieſpiter diei pater.
Marſtiæ, pop. fuerunt in Liburnia, Plin. lib.3.
Marſyas, Peleus hiſtoricus, ſcripſit res Macedonicas, lib.10. Suid.
Marſyas Thebanus, ſcripſit de tranquillitate animi libros 12.
Marſias, tibicen inſignis ex Celenis oppido Phrygiæ.
Marſias, fluu. ex Hydriade regione defluit in Meandrum, Her. lib. 5.
Marthula, ciuit. eſt in Cappodocia, Ptol.
Martia, Catonis filia minor, dixit, in vxoribus magis eligi ſolere diuitias, quam pudicitiam.
Martia, aqua Romæ fuit oriens in vltimis montium Peligno rum.
Martia aqua, quondam Aufeia vocabatur, fons ipſe Piconia.
Martiales, quidam appellabantur miniſtri publici Martis.
Martialis poëta, epigrammatum feſtiuitate Epigrammatici nomen promeruit.
Martini, pop. ſunt Arabiæ deſertæ, Ptol.
§. Martinus, Præſul Turonenſis ſanctiſſimus, S. Patricij auunculus.
§. Martinus, Pontifex Romanus, ann. 647.
§. Martinus II. Pontifex Romanus, ann. 882.
§. Martinus III. Pontifex Romanus, ann. 942.
§. Martinus IV. Pontifex Romanus, an. 1281.
§. Martinus V. Pontifex Romanus, ann. 1417.
Martion Smyrnæus, vir qui de ſimplicibus affectibus ſcripſit, Plin. lib.26. c.3. [Plin. lib.31.
Martius, qui Ancus cognominatus eſt quartus Romanorum Rex,
Martius campus, Romæ dictus eſt, quod Marti conſecratus eſſet.
Maruingi, pop. ſunt Germaniæ magnæ, Ptol.
Marullus, Tribunus plebis cum Flauio cotonas Cæſaris Dictatoris ſtatuti detraxit, Plut. in Cæſare.
Marullus, Item poëta mimographus ſub Antonio Principe.
Maruidæ, pop. ſunt Mediæ. Ptol.
Maſada, caſtellum eſt Iudææ Paleſtinæ, Plin. lib.5. c.19.
Maſaram, ciu. eſt Armeniæ minoris, Ptol.
Maſatar, fluu. eſt Mauritaniæ, Plin. lib. . c.1.
Maſati, pop. ſunt Mauritaniæ. Plin. ibid.
Maſchime, vrbs Scenitarum Arabum, Steph.
Maſcorus, vrbs Libyæ, & alia prope Heſperides, Ss.
Maſdoramus, mons qui Parthos ab Aſia ſeparat.
Marſeſolij, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Maſetis, palus quædam, & vicus, & inſula, Steph.
Maſices, pop. ſunt Mauritaniæ, Ptol.
Maſinniſſa, Numidarum Rex in Africa prius Romanorum hoſtis, deinde amicus perpetuus, Liuio.
Maſitholus, fluu eſt Lybiæ interioris, Ptol. (Flor.
Maſitholas, à monte qui Theonochica, id eſt, deorum currus di citur.
Maſſa, flu. eſt Libyæ interioris, Ptol.
Maſſadalis, villa eſt Marmaricæ in Ægypto, Ptol.
Maſſagetæ, pop. Scythiæ Aſiaticæ Orientem verſus. Luca
Maſſagetes, pop. Thraciæ Septentrionales.
Maſſalia, flu. eſt Cretæ inſ. Ptol. Vulg. *Melane.*
Maſſani, pop. ſunt Arabiæ deſertæ, Ptol.
Maſſaura, vrbs Indorum, gentile Maſſaureus, Steph.
Maſſia, ciu. eſt in Peloponneſo, Strab.
Maſſica, regio Bæticæ Tarteſiis opp. quæ Virtuuio. Maxia.
Maſſicus, mons eſt Campaniæ, optimi vini fetax, vnde
Maſſicus, a, um, adiect. vt Munera Maſſica Bacchi, Virg.
Maſſicum dicitur ipſum vinum ex Maſſico monte prouenientis, Hora.
Maſſilia, ciu. eſt prouinciæ Narbonenſis, Vulg. *Marſella.*
Maſſilia altera, ciu. Romanorum in Narbonenſi prouincia.
Maſſilienſis, Maſſilitanus, & Maſſiliorcus a, um, a Maſſilia dicuntur.
Maſſilloticum oſtium, vnum ex Rhodani oſtiis. (incelebris
Maſſilerius, eques Romanus Iuriſconſultus tempore Tiberij non
Maſſyla prouincia eſt, quam quidam Getuliæ, & Numidiæ vicinam dicunt.
Maſſyli, & Maſſylæi, pop. Africæ, propriè dictæ. (num vi.
Maſſylli, ſiue Maſſuli, Vir. Maſſylique ruunt equites, & odora ca-
Maſſyli, vnde Maſſylij, & Maſſylæi, & Maſſylus, a, um,

Digitized by Google

Maſſylæus,a,um,Mart. Maſſylæum virga gubernat equum.
Maſta,mons eſt Æthiopiæ ſub Ægypto,Ptol.
Maſtiani, pop. iuxta Herculis columnas ab vrbe Maſtia. Steph.
Maſtitæ, pop. ſunt Maſtæ montis accolæ, Ptol.
Maſthala, ciu. eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Matmaſtramelle, vrbs & palus Celticæ, Steph.
Maſſuſia, promont. eſt Thraciæ Cherſonneſi, Ptol.
Maſuchis, vicus eſt Marmaricæ in Ægypto, Ptol.
Matalia, ciu. eſt Cretæ inſulæ, Ptol.
Matelge, opp. eſt Garamantum in Africa, Plin.lib.5.
Mateni, pop. ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ, Ptol.
Matteolani, pop. ſunt Hirpinorum in Italia.
Mater magna, terra dicitur,& mater alma,quod omnia alat,& mater Deorum, quod omnia generat.
Matia ciu. eſt Vbiorum Dionyſio Halicarnaſ.
Matiana, pars Mediæ, Steph.
Matiani, pop. ſunt Hirpinorum in Italia, Plin. lib.3.
Matinus, mons eſt Apuliæ buxis abundans, Horat.
Matiſſa, ciu. eſt Corſicæ inſ. Ptol.
Matites, pop. ſunt Libyæ interioris, Ptol.
Matium, opp. eſt Cretæ in ora maritima, Plin. lib.4.
Matralia, matris Matutæ feſta.
Matrici, pop. ſunt Galliæ Belgicæ.
Matrinus, flu. eſt Marrucinorum in Italia, Ptol. Vulg. *Piomba, en Abruzzo.*
Matrona, flu. eſt Galliæ Celtas à Belgis ſeparans, Cæſar.
Matroſalentinus, in Sicilia, Cic.4. in Verrem.
Matriacæpiæ, quas Martialis pro ſapone poſuit.
Matriacum, opp. eſt in Germania, Ptol.
Matriaci, pop. ſunt Germaniæ, à Matriaco.
Matriaci, fontes ſunt calidi in Germania trans Rhenum.
Matrilicates, pop. ſunt Vmbriæ, Plin.lib.3.c.14.
Matriſium, opp. eſt in Thera inſula, quod & Macyſtum.
Matuta, dicta Aurora, quod matutino tempori proſit.
Matylus, ciu. in ora maritima Pamphyliæ, Ptol.
Mauis, pop. eſt Æthiopiæ. Plin. lib.5.c.8.
Maabe, ciu. eſt Meſopotamiæ, ad Euphratem, Melius Baume.
Mauitania, regio eſt prouinciæ Tarraconenſis, Plin.
Mauors, dicitur Mars per Epenthefim, ſicut nauita pro nauta, quod magna vertat, Cic.de Nat. Deor.
Mauritania, Africæ regio extrema iuxta Gaditanum fretum,quo ſeparatur ab Hiſpania.
Mauritanium, Antæus ab Hercule, victus inhabitaſſe dicitur.
Mauritania Tingitana, regio eſt Occidentalis Africæ.
Mauritania Cæſarienſis, regio ſuperiori contermina.
Mauri, pop. ſunt vtriuſque Mauritaniæ.
Mauritanus,a,um,poſſeſſiuum a Mauritania,vt Bellum Mauritanum.
Mauri, pop. ſunt prope Hiſpaniam, Salluſtio.
Maurus, inquit Lucanus. lib.4. concolor Indo eſt.
§. Mauritius à Portu Ibernus, Tuamenſis Archiepiſcopus,plura ſcripſit, de quibus Poſſeuinus.
Mauruſi, dicuntur Græcè, qui Latinè Mauri, & Mauritani.
Maurufij, extremi prope Oceanum,pop. aduerſus Gades.
Mauruſiacus, a, um, res ad Mauruſios pertinens.
Mauſoleus,Rex Cariæ,quem vlla re abſtinuiſſe pecuniæ cauſa ſcribit Theopompus, Snid.
Mauſoleum, ſepulchrum Regis Mauſeoli, adeò pretioſum,vt inter 7. orbis miracula numerentur, vnde Sueronius.
Mauſoleum ſepulchrum Cæſarum appellatur.
Mauſolei dicuntur Cares à Mauſeolo, Steph.
Maxilua, opp. Turdanorum in Hiſp.
Maximus Curio,vir erat,cuius authoritate curiæ omnes regebantur.
Maxuia, colonia Africæ propriè, Ptol.
Maxula vetus, inter Bragadam, & Tritonem fluuios.
Maryes Pœni, pop. Africæ, Herod. lib.4.
Mazaca, ciu. Cappadociæ ſub monte Argeo, quam dicunt vrbium matrem, Steph.
Mazacenius, a, um, res ad Mazacam ſpectans.
Mazazyla, vicus eſt Marmaricæ Ægypti,Ptol.
Mazæi, pop. ſunt Dalmatiæ, ſiue Liburniæ, Ptol.
Mazæum, ciu. in Bithynia Steph.
Mazaras, ciu. eſt Armeniæ maioris, Ptol.
Mazarini, pop. ab eadem Mazara dicti.
Mazaro, ſiue Mazarus, flu. eſt Siciliæ, Ptol.
Mazax, Africæ populus,qui in torquendis miſſilibus non eſt inferior Pœnis, Beroald.
Mazera, flu. in ora maris Hyrcani, Plin. lib.6.c.16.
Mazetes, Cyri Regis miles apud Herodotum.
Mazices, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.

M ANTE E

Mearus, flu.eſt Hiſpaniæ in ora Aſturum,Pomp.lib. 3.Vulg. *Mearon.*
Mecha, ciuitas eſt Arabiæ Felicis, quam Sarraceni incolunt.
Mechelſus, ciu. eſt Cholcidis regionis, Ptol.
Mecillus, vnus fuit ex ſociis Aiacis Telamonij, Hom.
Mecœnas, vir equeſtris ordinis, Hetruſcæ Regibus ortus, amicus Cæſaris Auguſti, Hor.
Mecœnates, dicuntur bonorum artium protectores.
Mecolentum, inſula eſt in ſinu Illyrico.
Mecyberna, opp. eſt Macedoniæ, Plin. lib.4.c.10.
Mecyberæus ſinus, eidem opp. adiacens, Plin.
Meda, ciu. eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Meda, vrbs eſt Theſſaliæ Perotto.
Medaua, ciu. eſt Arabiæ Petræ, Ptol.
Medea, filia Aeetæ Regis Colchorum, Iaſonis vxor. Iuſti. lib.42.
Medeni pop. Africæ propriæ, Ptol.
Medeficaſtes, filius Priami notha, Hom.
Media, ſiue Mithia, particula mediterranea Iberniæ frumento, paſcuis,armentis, piſcibus, & carnibus fertilis. Hinc comes Mediæ.
Media, prima prod. regio eſt latè patens in Aſia.
Media, à Medo, filio Medeæ,& Athenienſium Regis filio eſt,vt Solinus refert.
Medeia,per ei non per,æ, in prima ſcribendum eſt.
Mediam,à Medeo Iapheti filio dictam eſſe ait Ioſeph.
Medi, pop. ſunt regionis Mediæ.
Medius, & Medicus,a, um, res ad Mediam pertinens.
Medina, opp. eſt Brutiorum in Italia, Plin. lib.3.c.5.
Medineſſa, opp. eſt Cariæ contributum, Plin.lib.5. [*Saintes,*
Mediolanium, oppidum eſt Santonum in Gallia Aquitanica, Vulg.
Mediolanium, ciu. eſt Germaniæ, Ptol. Vulg. *Monaſterio.*
Mediolanium, opp. eſt Britanniæ, Ptol. Vulg. *Mancheſtre.*
Mediolanium,ciu. eſt Gallorum Inſubrium principe Medo adaucta, Cat. in fragmentis originum.
Mediolanium, opp. Hiſp. Vulg. Medina Celi.
Mediomatrices,& Mediomatrici,pop Belgicæ,Vulg.*Mentz de Lorena.*
Medioxumi, dij minores antiquis dicti ſunt, Plaut.
Meditrina, dea medicamentorum antiquitus, Feſt.
Meditrinalia, ſacra erant deæ Meditrinæ, Feſt.
Medoacus minor, flu. Patauinorum prope Padum. Vulg. *Bachilone,*
Medoaci, portus inter Menetias, & Foſſam Crodiam.
Medon, vnus fuit ex Centauris Perotto.
Medon, filius fuit Otlei ex Matre Rhena, Hom.
Medon, vnus procerum Penelopes, Ouid. [Ouid.
Medon, vnus ex nautis, qui à Baccho in delphines mutati fuerunt,
Meduacus maior, flu. Galliæ Ciſalpin. Vulg. *Brenta.*
Meduli, pop. ſunt prouinciæ Narbonenſis, Ptol.
Meduli, pop. ſunt Alpini, Plin. lib.3.c.20.
Medullina, virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata,Plutar. in Parallel.
Medullum, opp. fuit Latij quod interiit.
Medullum, opp. eſt Vindeliciæ, Ptol. Vulg. *Melding.*
Medullus, mons eſt Cantabriæ *Floro de bel. ſub Au.*
Meduſa, filia fuit Phorci ex Cetho coniuge vna Gorgonum, inde Meduſæus, a, um, adiect. vt Os Meduſæum, Ouid.
Medylli, pop. ſunt in prouincia Narbonenſi.
Medyllia vrbs ab Albanis condita, gentile Medyllinus,
Megaa, fons eſt in agro Syracuſano.
Megabyli, ſiue Megiobizi, dicebantur Dianæ Epheſiæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat, Quint.
Megachides, Philoſophus Peripateticus, tempore Protagoræ, Diog. Laertius.
Megæra, vna è tribus furiis infernalibus, Virg. lib.12.
Megale, inſ. prope Smyrnam, Plin. lib.5.c.13.
Megaleſia, dies qui dicatus erat magnæ deorum matri cæremoniis, vnde ludi Megalenſes.
Megalia prædium Pollianum eſt apud Papinium.
Megalopolis, ciu. eſt Arcadiæ, Strab. lib.
Megalopolitanus,a, um, res ad Megalopolim pertinens.
Megara, quæ & Meura, ciuit. eſt Siciliæ inſul. Ptol. Vulg. Auguſta.
Megara, orum, ciuit. eſt Atticæ regionis, Plin. lib.4.
Megarenſis,e, ſiue Megaricus, a, um, ab vtraque.
Megareus, a, um, Ouid. Namque mihi genitor Megareus.
Megara, vrbs alia in Ponto, alia Illyrica, alia Moloſſiæ, Steph.
Megetius, filius fuit Onchefti, & Pater Hippomenis à quo Megaricus, a, um, Ouid.
Megaricum, oppidum Bithyniæ, Steph.
Megaris, etiam Niſæa vocabatur à Niſo Pandionis filio, Steph.
Megaris,idis, regio eſt in Achaia, à quo bulbi Megarici.
Megari, inſ. eſt adiacens Neapoli, Plin lib.3. Vulg. *Oui.*
Meges,vnus fuit ex Græcorum Principibus,qui ad Troiam venerunt.
Megiſta, inſ. eſt in mari Lycio. Plin.lib.5. c.13.
Medubricenſes, pop. ſunt Hiſp. ſtipendiarij.
Meiones, appellata eſt quondam Cypros, Vulg. *Chipre.*
Melachrene, Sibylla Cumana à quibuſnam dicta Ari.
Melena, inſ. quæ alio nomine Coreyra appellatur, Strab. Vulg. *Corzola.*
Melænæ, opp. in Arcadia inter Heream, & Megalopolim.
Melæum, promont. eſt Peloponneſi, aliàs Melea.
Melamborius, ventus qui campum quendam prouinciæ Narbonenſis infeſtat, Strab. lib.4.
Melampea, vrbs Lydiæ, gentile Melampeus, Steph.
Melamphyllus, mons eſt in Thracia, Plin. lib.4.c.11.
Melamphyllus, inſ. nomen in Aſia, Plin. lib.5.
Melampus, filius Amythaonis, & Dorippes, Hom.
Melampus, nomen canis apud Ouid. lib.3. Metam.
Melanchlæni, pop. ſunt Septentrionales, Pomp. lib.1.
Melandia, regio Sicyoniæ gentile Melandius.
Melane, locus eſt in Attica regione.
Melane, inſ. contra Epheſum,Plin. lib.5.c.13.
Melenes, ſinus adiacens Thraciæ, Ptol. Vulg. *Golfo de Caridia.*

Me

Digitized by Google

Melanes,vel Nigromontes,iuxta deſerta Arabiæ. Pt.hodie mons Sinai, vel mons S. Cathetinæ.
Melangitæ, pop. ſunt Arabiæ Felicis.
Melania, locus eſt in Sicilia, Strab. lib.14.
Melanida, inſ. quæ Melos Cretæ adiacens.
Melanippum, fluu. Pamphyliæ, gentile Melanippius Steph.
Melanogætuij. pop. ſunt Libyæ interiotis, Ptol.
Melanthia, filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, Homer.Odyſ. lib.10.
Melantius, vir Troianus, quem Euryphilus occidit.
Melanthius, paſtoris proprium apud Theocritum.
Melanthius, pictor fingendi cura præcipuus. Quint.
Melantho filia Prothei ſenis, quam Neptunus in Delphinem verſus violauit.
Melanthus, qui & Melanthius, flu. in Pontum cadens.
Melanion, dictus eſt Hippomenes, eo quod pomis certamen conſeceret Propert.
Melanum, inſ. eſt in ſinu Ceramico, Plin.
Melanus, fluu. eſt Thraciæ, Ptol.
Melas, flu. eſt Mygdoniæ, Ouid. lib 2. Metam.
Melas, flu. eſt Pamphyliæ, Pomp. lib.1. c.14.
Melas, flu. eſt Thraciæ, Plin. lib 4 c.1.
Melas, flu. eſt Bœotiæ à Parnaſſo profluens.
Melas, flu. eſt Arcadiæ, Strab.
Melcomani, pop. ſunt Libyæ, Plin. lib.5. c.22.
Meldi, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Ptol.
Meldica, ciu.eſt Africæ propriæ, Ptol.
Meleager filius Oenei Regis Calydoniæ Atlantæ coniux,Ouid.lib.8. Metam. (tor.
Meleagrea,Calydon vrbs dicitur,quia Meleager in ea imperauit,Pe-
Melegene, in mari Adriatico adiacens Dalmatiæ,Vulg. *Meſona*.
Melena, inſ. eſt poſtea Caphalonia.
Meles, is, & eris, flu. Ioniæ Smyrnam abluens, Plin.
Meletus, a, um, Tibull. Meleteas, nec Mallæm mittere chartas.
Melesigenes, nomen Homeri, qui propter excellentem. Homerus eſt appellatus.
Melerius, præſul. in Ægypto Arrian. ſectæ.
Meleum, prom. eſt in Peloponneſo.
Melia, vrbs Cariæ,gentile Melicus, Steph.
Meliboea, vrbs eſt Magneſiæ proxima Theſſaliæ, Her. lib. 6, patria Philoctetæ Paantis filij.
Meliboeus, a, um, res ad Meliboeam pertinens.
Meliboeus, nomen paſtoris,dictus quod boum curam habeat,Theocrit. & Virg.
Meliboeus, mons eſt Germaniæ magnæ,Ptol.Vul.*Los montes de Heſſia baſta Miſnia.*
Melicerta, filius Athamantis Thebarum Regis & Inus.
Melihunis, inſ. vna ex Æolis, Lipura aliàs dicta, Steph.
Melij, à Lacedæmonibus genus ducunt, Her. lib 7.
Melodunum, opp. eſt Germaniæ, Ptol.
Meliſſus, Rex fuit Cretæ, qui primus diis ſacrificauit.
Meliſſus,Corinthiorũ pagus,à quo dictus Meliſſæus Abronis filius.
Melita, inſ. inter Siciliam, & Africam in mari Libyco,Vulg. *Malta*.
Melitæus, a, um, & Melitenſis à Melita vnde Catelli.
Melitæi, & Melitenſis à Melita, vnde Catelli.
Melitæi, Melitenſis, Plin. lib.30. cap.5.
Melita, opp. eſt Atticæ regionis, Steph. & Plin.
Melitara ciu. eſt Phrygiæ magnæ, Ptol.
Melitea, opp. eſt Magneſiæ, Plin. lib. 4 c.9.
Melitina, regio Armeniæ in notis iuxta Euphratem.
Melitina, ciu. eſt eiuſdem regionis, Ptol.
Melitina, Regio eſt in Suſiana regione, Ptol.
Melitine, ſine Melite,vrbs eſt Cappad. lib.5. c.24.
Melitæa, vrbs Theſſaliæ, ciuis Militæus.
Melitus, nomen eius qui Socratem accuſauit.
Melituſa, vrbs Illyriæ, gentile Melituſæus, Steph.
§ Melius, Ibernus Epiſcopus & S. Patricij diſcipulus, de cuius virtutibus, & miraculis ſcripſit, Iocelinus.
Melixandrus Meleſius,Centaurorum,& Lapitharum bellum ſcripſit. Ælian. de varia hiſtor.
Mella, flu.eſt Galliæ, iuxta quem Amello herba naſcitur. Seru.
§. Mellanicus Probus, Ibernus ſcripſit quaſdam homilias, viuebat ann.260. Poſſeuinus.
Mellaria, ciu. eſt freti Herculei.
Mellaria, opp. Beturiæ in Bætica, alia ab ea quæ infra ponitur.
Mellaria, quantum coniicimus, eſt Tarſa, Pomponij Melæ patria.
§. Mellifontia, oppidum,ac titulus Vicomitis Vltoniæ in Ibernia.
Melo, nomen flu. qui Nilus, & Geon eſt appellatus.
Meloboſis, Nympha Oceani & Tethyos filia, Heſi.
Meloboter, eadem eſt quæ Ægæ, arum.
Melodunum, opp. eſt Galliæ in inſ Sequanæ, Cæſar.
Melocſſa, inſ. vna ex Syrenis ante Lacinium, Pomp.
Melos, inſ. vna è Cycladibus Cretæ adiacens, Pomp. Vulg. *Milo*.
Melphes flu. eſt Lucaniæ in Italia, Plin. lib. 3. c.5.
Melpomene, vna eſt Muſarum,tragœdiarum inuentrix à modulando nomen trahens, Virg.
Melpum, opp. fuit Italiæ Tranſpadanæ,Plin lib.c. 17. Vulg. *Melzi*.
Melſus, fluu. eſt Aſturum in Hiſp. Strab. lib.3.
Meluſſa, inſ. Hiſp.ſed in qua parte non ſcribitur.
Melyenſes, pop. Aſiæ Dario tributarij Hero. lib.3.
Melzazapum,opp. Africæ propriæ, Plin. lib.5.c.43.
Memaliarus,vnus ex Cadmi ſociis,Theram inſulam condidit, Steph.
Membliarus,inſ. prope Theram & Apaphen,Steph.
Memini,pop. ſunt Galliæ Narbonenſis,Plin.lib.3.
Meminius, vir Conſularis,qui de Ambitu poſtulatus fuit.
Memnon,filius Titani,qui Troianis in auxilium veniens ab Achille fortiter pugnans occiſus fuit.
Memnonius,a,um,adiectiu.vt color Memnonius,id eſt,niger.
Memnonides aures,dicuntur ex cineribus Memnonis.
Memnon,vicus eſt Mediterraneus Ægypti,Ptol.
Memnones pop. ſunt Æthiopiæ Ægypti,Ptol.
Memnonea,vrbs ſupra Coaſpem fluuium,quæ quoque Suſa,dicitur.
Memphis,ciuitas eſt Ægypti Regia,& antiquiſſima,Vul.*Et Cayro*.
Memphi,pop. Memphin habitantes.
Memphites nomos,præfectura Ægypti à Memphi dicta.
Memphiticus,a,um,res ad Memphin pertinens.
Memphricus, Rex Britanniæ, qui fratrem Malyum Regno exuit & vita,vt eo mortuo regnaret, Volatet.
Mena,dea apud Rom. quæ menſtruis fluoribus præerat.
Mena,primus Ægyptiorum Rex,circa annum mundi 2251. Diodo. Sicu.
Menace,opp. eſt Hiſp. Bæticæ prope Malacam.
Menæ,arum,op. eſt Siciliæ inſ.Ptol.Vulg. *Mineo*.
Menamini,pop. ſunt Siciliæ à Menis dicti,Plin.
Menæ,inſ. duæ in Æthiopia Ægypti,Ptol.
Menæchmi,apud Plautum comœdia, in qua Menæchmus interducitur.
Menæchmus,philoſoph. Platonicus,Eudoxi auditor.
Menæchmus,hiſtoricus Sicyonicus,ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni,Suid.
Menala,villa eſt Marmaricæ in Ægypto.
Menelaites,id eſt,Præfectura ab eo dicta.
Menaleas,nomen paſtoris apud Virg in Ecloga.
Menalippe,fuit Antiopes,Amazonum Reginæ ſoror.
Menalippea,inſ.vrbi ex Chelidoniis duabus,
Menalippides Poëta ſcripſit Dithyrambicorum libros plures, & poëmata & epigrammata,Suid.
Menalapides iuniot,ſcripſit Lyrica,& Dithyrambica,Vixit apud Perdicam Regem,Suid.
Menalippus, Thebanus quidam,Tydei interfector. Ste.
Menalippus, Tydei frater quem Tydeus in venatu fertur peremiſſe.
Menalippus Troianus,quem Priamus ob virtutem filij loco amauit.
Menander, Athenienſis comicus,ſcripſit fabul.80.
Menander Laodiceus,ſcripſit commentaria in Hermog.
Menandræus,a,um,adiect. quod Menandri eſt.
Menander hæreticus impius,qui Simoni Mago ſucceſſit, Irenæo, & Euſeb.lib.3.
Menandriani,hæretici à Menandro dicti,Euſeb.
Menapia,inſula eſt in mari Britannico,Plin.
Menapij,pop. ſunt Galliæ Belgicæ vulg. *Los de Gelders,y Iuliers*.
Mena,inſula eſt in mari Thuſco,Plin.lib.4.c.6.
Mende,vrbs,Siciliæ,prope Palicos,Steph.
Mende,opp. eſt Macedoniæ,Plin.lib.4.c.10.
Mendes,ecis,ſiue Ægypti vrbs,Priſciano.
Mendeſij,pop. ſunt ab eodem oppido dicti.
Mendeſij populus eſt Ægypti,Herod.lib.2.
Mendeſium vnum ex oſtijs Nili fluminis,Ptol.
Mendiculea,ciu. eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ,Ptol.
Mendoza,familia illuſtris in Italia, à Roderico quodam originem traxit.
Mendus,ſiue Mindus,op. Aſiæ propriè dictæ.
Menoeceus,Creontis Thebanorum Regis filius,Strab.lib.7. Theb.
Menechmus,oraculo edito largius eſt patriæ ſuum ſanguinem, Cic. in Tuſcul. quæſt. circa finem.
Menecina,opp. fuit Oenotriæ,à qua Menoecenæi.
Menocis,vrbs vltima Phocenſium,quæ ad Oceaſum vergit.
Menecrates, vel Merecrates, Syracuſanus medicus,nullam medendo mercedem accepiſſe dicitur,Suid.& Plut.in Apoph.& Cæl.c.30.l.2.
Menecrates alius,comicus poëta fuit. Sid.
Menedenium,ciuitas eſt Pamphyliæ,Ptol.
Menedemus Phædri diſcipulus,nobilis Philoſophus inter Socraticos Laërt.
Menedemus,Item Lampſacenus Cynicus Philoſophus inſigniter ſuperſtitioſus,Laërt.
Menelaus,filius fuit Atrei,& Æreopes, Rex Spartæ, qui Helenam in vxorem habuit.
Menelius,vrbs Ægypti, Strab. lib. 14. & Regio Menelaites, Steph.
Menelaium,patua Regio Spartæ,poſſeſſiuum Menelaicus,Steph.
Meneleus,vnus fuit ex Centauris.
Meneleus,vnus è canibus Actæonis,Ouid.lib.3.Met.
Menenia gens Romæ fuit.
Menephron,proprium, qui cum matre concubuit. Ouid. lib. 7. Metam.
Menes primus Omnium in Ægypto regnauit,Her.
Meneſthius fuit Arithoi, & Philomediſſæ filius, ex Arna ciuitate, quem Paris in bello Troiano occidit,Homer.initio lib.7.Iliad.
Meneſteus,Athenarum Dux Theſſei & Phædræ filius.
Meneſtheus,nomen aurigæ Diomedis.
Meneſto,nomen nymphæ à memorando dictæ.
Meneſtratus,ſculptor præſtantiſſimus fuit.
Meneus,flu. eſt in Peloponneſo,Strab.lib.8.

Meneus, insula circa Africam Lotophagi proxima, Plin. Vulg *Gelues.*
Menia columna, locus Romæ Cic. pro Sestio.
Manippus Phœnix, Philosoph. Cynicus, Diod. & Laërt.
Menippus Stratonicensis, Ciceronis præceptor. Cicer. in Bruto.
Menippus, viri proprium, quem Philosophum, & seruum fuisse tradit Macrob.
Memfimin, pop. sunt Æthiopiæ, Plin. lib. 7.
Menius, Lycaonis filius, qui à Ioue fulmine percussus est, quod eundem detestaretur.
Mennius Consul. Roman. ann. ab vrbe 430.
Menoba, opp. est Bæticæ in Hisp. Vulg. *Velez malaga.*
Menoba quoque, Plin. fundus est Bæticæ.
Menocaienes, pop. sunt Alpini, Plin. lib. 3. c. 20.
Menœtius, filius fuit Auctoris ex Ægina, Patrocli pater.
Menœphilus, eunuchus fuit, cui Mithridatis filiam in arce quadam seruandam dedit. Ammian. Marcel. 16.
Menophilus alter apud Martialem lib. 7.
Menosea, ciuit. est Bardulorum Hisp. citerioris.
Menralia, Hisp. vrbs, Ptol. Vulg. *Martia* alij *Bejar de Melana.*
Mensa Solis, locus describitur in Æthiopia, Solin.
Menteſa, opp. est in Hisp. Vulg. *Iaen.*
Mentoas, dicebatur, quem nunc Danubium appellamus, Eustachius in Dionys.
Mentor, fuit in vasis cælandis mirus artifex, Plin. lib. 12. cap. 11.
Mentoteus, a, um, vt Mensæ Mentoreæ, Iuuen.
Mentores, gens fuit Libarnorum, Plin. lib. 3. cap. 21.
Mentum, opp. in Peloponneso, Strab. lib. 8.
Menus vir fuit inter Samnites, qui mire solitudinem amabat.
Menu bias, insula adiacens Æthiopiæ interiori, Pto. Vulg. *Madagascar, à Isla de San Iorge.* aliis S. Laurentij.
Mæonia, Regio Asiæ minoris, vide supra Mæonia.
Meotiga, opp. est Hisp.
Mepach, villa est Arabiæ Felicis, Ptol.
Mephy'a, opp. est antiquum Latij. Dionys. Halicarn.
Mera, proprio nomine sacerdos Veneris, Str. 8. The.
Mera, Præti & Antiæ filia, à Diana in canem versa, Ouid.
Meraria, insula est adiacens Balearibus, Plin.
Mercurius, Iouis filius, ex Maia Atlantis filia.
Mercurius dictus, quod mercibus præsit, vel quod inter amentes & vendentes sermo medius curat.
Mercurius modo Hermes Cyllenius, Ligius, Illuuius, Argiphon dicitur.
Mercuriales, collegium, vel sodales in honorem Mer.
Mercurij, Cicer. ad Quintum Fratrem,
Mercurij, opp. in Ægypto, quod Hermopolis.
Mercurij promont. in Africa propriè dicta, Ptol.
Merende, opp. est Samnitum in Italia, Plin.
Merecrates, vide Menecrates.
Meri, orum, pop. sunt iuxta Euphratem.
Merioces, auriga Idomenei, vnus è Græcorum fortissimis, qui ad Troiam venerunt.
Meris, insul. est in mari Lycio, Plin.
Mermessos, vrbs Troiæ, patria Erithrææ Sibyllæ, Steph.
Merua, insula est adiacens Libyæ in Oceano Occidentali.
Mero, dictus est Tyberius Nero, per iocum, quod impendio vinosior esset, Tranq. in Tyberio.
Merob, primogenita Regis Saul. 1. Reg. 14.
Merobriga, opp. est Hisp. Lusitaniæ, Ptol.
Meroë, ciuit. est in Meroë insula Æthiopiæ Ægypti.
Meroë, es, insul. est Nili fluu. in Æthiopia Ægypt. Vulg. *Saba, Isla del Nilo, donde predico san Matco.*
Merœni, pop. dicuntur incolæ eius insulæ.
Merope, Atlantis, & Peione filia, quæ Sisypho nupsit.
Merope, siue Meropis, insula quæ postea Co. Vulg. *Lango.*
Meropia, insul. vna Cycladum, quæ postea Siphus, Plin. Vulg. *Sifano.*
Meropus, mons Græciæ iuxta Thessaliam.
Meros, mons est Indorum, sub cuius radicibus Nisa ciuitas cõstituta.
Merucra, opp. est Bæticæ in Hisp. Plin.
Merula, fluu. est Ligustiæ, Plin. lib. 3. c. 5. Vulg. *Meira.*
Mesada, ciu. est Arabiæ Petrææ, Ptol.
Mesammones, vel Nasamones, pop. propè Syrtim maiorem.
Mesapia, Apulia à Mesapo Rege dicta, Strab. lib. 9.
Mesapus mons inter Medos, & Pæonios, Arist.
Mesapus, Neptuni filius, qui Turno contra Æneam suppetias dedit, Virg. lib. 8.
Meserine, ciu. est Idumææ in Iudæa, Ptol.
Mesathea, insul. prope Thraciæ Chersonesum.
Mesauci, pop. sunt Alpini, Plin. lib 3. cap. 19. *Los moradores entre el valle de Mesolcina, y Bellinzona en Lombardia.*
Meschi, mons est Æthiopiæ interioris, Ptol.
Mese, es, insul. est via Stæchadum, Plin. lib. 1. c. 5.
Mese, es, inter Boream, & Caiam medius, Plin. lib. 2. c. 47.
Mesembria, oppidum est celebre in Thracia, Vulgò *Mesimbre*, ciuis Mesembrianus.
Mesembriacus, a, um, quod ad Mesembriam pertinet.
Mesi, pop. sunt, Plin. in eadem Thracia.
Mesia, palus est Germaniæ, Pomp. lib. 3. c. 3.
Mesia, sylua in Thuscia, Vulg. *Bosco de Baccano.*
Mesola, ciu. est in Peloponneso, Strab. lib. 9.
Mesomedes, Poëta Adriano Principe clarissimus, Sul.
Meson, Astrologus vnus ex his, qui Athenienſibus ascriptus fuit, nauigaturis in expeditionem Siciliæ.
Mesoportius Neptunus in Erebo Lesbi ciuitate colitur, Steph.
Mesopotamia, Asiæ regio inter Tigrim, & Euphratem fluuios, vnde nomen habet.
Messa, siue Messena, ciu. est Peloponnesi, Strab. lib. 7.
Messa, regio Iudææ, Hieron. in locis Heb. in qua habitauerunt filij Iectan. Gen. 10.
Messa, nomen viri, 3. Reg. 11.
Messabaræ, pop. sunt Pettidis regionis, Ptol.
Messala, dictus est Valerius Corninus, quia Messanam in Sicilia deuicit, vnde Messalarum familia.
Messalina, filia Barbari Messaliæ, consobrini Claudij Imperatoris, summæ libidinis mulier, Suet.
Messana, ciu. est in freto Siciliæ insul. Vulg. *Mesina*, à qua Messanenses dicti.
Messina, à Messeniis condita quæ prius Zancle dicebatur.
Messenij, pop. Siciliæ in Messania, Ptol.
Messanicus alueus, ex Pado Rauenam deductus, Plin.
Messapia, regio eadem quæ Calabria.
Messapia, ciu. quæ Varia Apulæ dicitur, Plin. lib. 3.
Messapius, a, um, res ad Messapiam pertinens.
Messeis, fons est Thessaliæ Strab. lib. 9.
Messenia, regio est Peloponnesi, Regnum Nestoris.
Messenes, es, ciu. in eadem regione.
Messenius, a, um, res ad Messeniam pertinens.
Messenij, pop. sunt Italiæ, Strab. Ptol. in Sicilia.
Messias Hebraicè, Græcè CHRISTVS, Latinè Vnctus dicitur.
Messoa, vrbs Laconiæ gentile Messoates, Steph.
Messogis, mons Lydiæ vnde Messogites vinum, Steph.
Mesthles, vnus Ducum, qui Troianis in auxilium venerunt, Hom.
Mestudia, ciu. est Hisp. Floro historico.
Mesua, peninsula est in Prouincia Narbonensi, Pomp.
Mesula, oppidum est Germaniæ, Ptol. Vulg. *Maydburg.*
Mesulani, qui Pt. dicuntur Misulani, pop. sunt Africæ.
Metabus, heros, Metapontio nomen dedit, Steph.
Metacanus, opp. est Asiæ propriè dictæ.
Metacum, vicus est Arabiæ Felicis, Pt. Græca lectio habet, Cumacatã.
Metacompso, locus est in Ægypto, Ptol.
Metagonium, prom. est Numidiæ in Africa, Pomp. lib. 1. c. 7. Cabo de tres arcas.
Metagonium, à Græcis terra eadem dicitur, quæ à Latinis Numidia.
Metagonitis, prom. est in Mauritania Tingitana.
Metagonitis, ponitur iuxta Molochatæ fluuij ostia, Pt.
Metallinensis, colonia est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptol.
Metanastæ, qui Iazyges pop. Septentrionales Europæ, Vulg. *Los de Transylvania.*
Metapium, vnum ex ostiis Rhodani, Plin. lib. 3 c. 4.
Metapontum, opp Italiæ in sinu Tarentino. Vulg. *Peliste.*
Metapontini pop. sunt Metaponti incolæ.
Metarus, opp. est Hisp. Ptol.
Metaurus, fluu. est in littore Brutio, Vulg *Seminara en Calabria.*
Metaurenses, duplices sunt. Vrbinates, & Trifernates.
Metelis, ciu. est Metropolis in Ægypto, Ptol. Vnde.
Metelites, nomos, Præfectura in eadem.
Metelli, è plebe fuere, viri clari victoriis, & Magistratibus, Liu. lib. 9.
Metellus Cæcus Pontifex Romanus, qui de Pœnis speciosissimum triumphum egit, Liuio, lib. 59.
Metellus idem à Macedonia deuicta, Macedonicus dictus fuit.
Metelli alij plures fuere, de quibus vide Liuium, & Ciceronem.
Meterosa, ciu. est Hispan. Ptolom. Vulg. *Pedraça de la Sierra.*
Methona, siue Methona, ciu. Pelopon. Vulg. *Modon.*
Methone, opp. est Magnesiæ, siue Thessaliæ. Plin.
Methuriades, insul. inter Æginam, & Atticam, Steph.
Methydrium, opp. est Arcadiæ in Peloponnes. Strab. lib. 8.
Methymna, ciu. est Lesbi insul. Ptol.
Methymna, ciu. est Locridis regionis, Strab.
Metibi, sunt Sarmatiæ Asiaticæ, Ptol.
Metij, opp. qui mari Rubri insulas colunt, Dario tributarij.
Metilis, vrbs in Ægypto ad Nilum, Pomp. lib. 1. c. 9.
Merina, insul. contra Rhodani ostium, Plin. lib. 3. c. 5.
Methiocus, Miltiadis Athenienſium Ducis filius.
Metis, Nympha Oceani, & Tethyos filia, Hesiod.
Metiscus, Turni auriga, Virg. lib. 12. Æneid.
Metita, ciu. est Armeniæ minoris, Ptol.
Metius Suffetius, Albanorum Dux, fuit tempore Tullij, Romanorum Regis, Virg. lib. 8.
Metius Carus, delator insignis fuit. Plin. in epist.
Metius Heminus, Dux Tusculanorum, superatus à Romanis in bello Latino.
Metius Curtius, Sabinorum Dux contra Romulum.
Metona, ciu. est Perſidis, Ptol.
Metonium, opp. est Sarmatiæ in Europa, Ptol.
Metoponcrius, i, fons Arietis, prom. Cretæ.
Metoponctius, promont. est Tauricæ regionis.
Metores, pop. sunt Perſidis regionis, Ptol.
Metoroma, ciu. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia.
Metra, meretrix liberi forma, Erisichthonis cuiusdam Thessalia filia. Ouid. lib. 8. Metam.

Metrodo

Metrodotus Lampſacenus Epicuri diſcipulus, Strab.
Metrodotus Athenienſis Carneadis auditor, pictor, & Philoſophus, Cic. lib. 1. de Oratore.
Metrodotus Sceptius, qui philoſophicam vitam in ciuilem mutauit, Mithridati Regi charißimus, Strab. lib. 13. & Cic. 1. Tuſc.
Metrodotus Chius, qui vnuerſum ſempiternum eſſe dicebat. Cic.
Metrodotus Melicus, artem memoriæ ita conſummauit, vt nihil non eiidem verbis redderet auditum, Plin. lib. 7. c. 24.
Metropolis, ciu. eſt Sarmatiæ in Europa, Prol.
Thydonos,opp.eſt Cariæ conuentus Alabandici.
Thydella,ciu.eſt Oenotriæ,Steph.
Thyeſſos,ciu.eſt Lydiæ à thyeſſo caupone, Steph.
Thyeſte ,filius Pelopis ex Hippodamia, Atrei frater,& Tãtali nepos,
Thyeſteus,a,um, Ouid. *Neue thyeſteis cumulemus viſcera menſis.*
Thya , Deucalionis filia ex Ioue peperit Macedoniam , quæ regioni nomen dedit.Steph.
Thyia,filia Celphiſi , à qua & vrbs eiuſdem nominis.
Thymatadæ. vicus Hippothontidos tribus,Steph.
Thymbra,locus eſt troadis,Scru.
Thymbræus,a,um, quod ad Thymbram pertinet.
Thymbræus,apollo dicitur,quia in eo loco eius , & nemus,& templum eſt,vbi à Paride Achilles occiſus.
Thymbraea,ciuitas Aſiæ,à qua thymbræenſes,& thymbræi,Steph.
Thymbris,ſiue tybris fluuius Romæ,Steph.
Thymbrius,flu.apud thymbram fluens, Steph.
Thymele,mulier quæ prima ſaltationem in ſcœna docuit.
Thymelici,penul.corr.dicti ſunt ludi hiſtriones,Vitr.
Thymiateria,ciuitas eſt Libyæ,Steph.
Thymœtes,vates fuit filius Priami & Atisbes,Ser.in 2.Æn. Virg.
Thyne,ciuit.eſt Libyæ,Steph.
Thynia,inſ.eſt in fronte Bithyniæ,Strab.lib.12.
Thynus,a,um,Hor.merce thyna beatus,i. Bithyna Acron.
Thynnias,inſ.eſt inter oſtia Iſtri fluminis,Pomp.
Thyonias,opp.eſt thraciæ,Plin.lib.4.c.11.
Thynnias.flu.eſt in eadem thracia.
Thynneius,a,um,Ouid. Oſtendit adhuc thynneius incola.
Thynniacus,a,um,propert.*Grata domus Nymphis humida Thynniacis.*
Thymus,ſiue thynus,vrbs Ægypti,Hier.de viris illuſtrib.

Digitized by Google

Thynos,opp.eſt Ciliciæ,Plin.lib.5.c.22.
Thynus,viri proprium,cuius meminit Orpheus in Argonauticis.
Thyroneus,Bacchi epitheton,quod ei,adhuc inter humanos verſanti,ſacrificaretur,Horat.
Thyræon,ciuitas eſt Arcadiæ,Steph.
Thyre,vel Tyrea,locus eſt in Peloponneſo.
Thyre,opp.eſt Laconiæ regionis.
Thyrea, in Cynoſura eſt Argiui,& Laconici agri confinis.
Thyrea,inſ.eſt adiacens Peloponneſo,Herod.lib.4.
Thyrides,inſulæ ſunt in ſinu Aſinæo,Plin.lib.4.c.12.
Thyros,vrbs in Regno Neſtoris,teſte Homero.
Thyrſagetæ,pop.iidem,qui Thyſſagetæ,& Thuſſagetæ.
Thyrſis,nomen eſt paſtoris apud Virg. in Bucolicis.
Thyrſanuſa,ciu.eſt in Caria regione,Plin.lib.5.
Thyſſagetæ,pop.ſunt Septentrionales iuxta Mæotidem,Steph.
Thyſus,opp.eſt iuxta montem Atho,Herod.lib.7.

T. ANTE I.

Tiarantus,flu.eſt Scithiæ in Iſtrum defluens,Herod.
Tiarinia,opp.eſt in Hiſpania.
Tiaſum, opp.eſt in Dacia, Ptol.
Tibarnei,pop.ſunt Scithici in Aſia,Herod.lib.4.
Tibeon,mons Phrygiæ in Tibeo quodam,Steph.
Tiberias,ciu.eſt Palæſtinæ Iudææ.
Tiberia,locus,ponitur in eadem Iudæa, Ptol.
Tiberij forum,ciu.eſt Heluetiorum in Gallia, Ptol.
Tiberinates,pop.ſunt Vmbriæ in Italia, Plin.lib.3.
Tiberius,inter Cæſares notiſſimus Auguſti ſucceſſor.
Tiberius,Grammaticus de Ideis orationibus ſcripſit libros 3. aliáque complura,Suid.
Tibereus,a,um,Sta.Tibereia primam aula tibi vix dum,&c.
Tiberiopolis,ciu.eſt Phrygiæ Ptol.
Tibiſca,ciu.eſt Myſiæ inferioris, Ptol.
Tibiſcum,opp.eſt in Dacia,Ptol.
Tibicus,flu.eſt Daciæ,Ptol.Vulg.*Tiſſa.*
Tibius,flu eſt Scythiæ ex Æmi montibus in Iſtrum defluens, Herod. lib 4.
Tibularij pop.ſunt Sardiniæ inſulæ,Ptol.
Tibullus,poëta aliquantum ad amores, & delicias procliuis.
Tiburi,pop.ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis,Ptol.
Tiburces,pop.ſunt Sabinorum in Italia,Plin.lib.3.
Ticarius,flu. eſt Corſicæ inſulæ,Ptol.
Ticena,ciu.eſt inter Bragadam,& Tritonem in Africa.
Ticher,flu.eſt Hiſpaniæ citerioris.
Tichis. flu.eſt Prouinciæ Narbonenſis.
Tichos,caſtellum Achaiæ,incola Tichites,Steph.
Ticinum,opp.eſt in Tranſpadana regione,Plin.Vulg. *Pauia.*
Ticinus,flu.oppido vicinus in Padum amnem defluens,Vulg. *Teſino.*
Tielam,vna ex tribus Hyblis Siciliæ,Steph.
Tiernus,flu. eſt in Apulia regione.
Tifata,opp.eſt Latij,quod interiit,Plin.lib.3.c 5.
Tifata Iliceta,inquit Feſtus,Romæ autem Tifata Curia.
Tifernum opp.eſt Vmbrorum in Italia,Ptol.Vulg. *Citta di Caſtello.*
Tifernus, flu.eſt Italiæ Plin.Vulg. *Fortore en Pugliapiana.*
Tifernates,pop.Italiæ iuxta Theanum,& Lucrinum in ſexta regione Italiæ,Plin.lib.3.c.14.
Tigana,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis,Ptol.
Tigena,ciu.eſt in Arabia Felici.
Tigillinus, vir fuit Romanus vitæ corruptiſſimæ, qui Neronem ad omnia corruperat,Tacit.
Tigis,opp.Mauritaniæ Cæſarienſ.Ptol.
Tigrana,ciu. eſt Mediæ,Ptol.
Tigranes,Rex fuit maioris Armeniæ,de quo ſæpe Cic.
Tigranocerta,ciu.eſt Armeniæ maioris,Ptol.Vulg. *Sulthania.*
Tigris,flu.eſt celebris ex Armenia oriens, qui inſtar beſtiæ mira velocitate decurrit.
Tigullia,ciu.eſt Liguriæ in Italia, Ptol. aliàs dicta Segeſta, Vulg. *Sigeſtro.*
Tigurinus vicus,populus eſt,qui quartam Heluetiæ partem continet, Cæſ.de bell.Vulg. *Zurich.*
Tilium,ciu.eſt littoralis Sardiniæ inſulæ,Ptol.Vulg.*S.Reparata.*
Tiliauentum maius & minus, fluuij Venetæ regionis, Plin. Maius, Vulg. *Talamento*, Minus Stella, dicitur.
Tilos,inſ.eſt in Mari rubro,Plin.lib.6.c.27.
Tilox,promont.eſt in Corſica inſula,Ptol.
Tilphœſſa,in Bœotia eſt,Diod.lib.5.
Tilphoſa,fons eſt ſub Tilphoſium montem labens, apud quem Tireſiæ vatis ſepulcrum,Pindar.
Tilphoſium,opp.eſt Bœotiæ, Strab.lib.9.
Tilphoſeum,regiuncula Theſſaliæ,gentile Tilphoſeus,Ste.
Timacum,opp.eſt Myſiæ ſuperioris,Ptol.
Timæus,Siculus hiſtoricus, qui Res Græcas conſcripſit, Plutarchus in Nicea.
Timæus , philoſophus Pythagoricus, cui Plato librum de natura ſcripſit,Suid.
Timaginis,ciu. eſt in Arabia Felici.
Timanthes,pictor egregius Zeuxis tempore,Plin. lib.35.c.9.
Timarchides,ſculptor nobiliſſimus.Plinius lib.36. c.5.
Timarchides,pictor celebertimus,Plin lib.34.c.8.
Timarchus alius,orator Demoſthenis amicus.
Timauus,flu.eſt Venetæ regionis,Plin.lib.3.c.18. fortè *Brenta.*
Timocles, comicus Athenienſis, fabulas ſcripſit, quarum nonnullas commemorat Athenæus.
Timoclia , mulier Thebana , ſtuprum à quodam barbaro Thracum Principe per vim paſſa,Sabellic.
Timolæus Lariſſæus,diſcipulus Anaximenis Lampſaceni,ſcripſit poëma de bello Troiano,Suid.
Timoleon,Corinthiorum Dux inclytus , & viribus fortiſſimus, vitaque abſtinentiſſimus, Plutarch.
Timomachus Byzantinus , pictor nobilis Cæſaris Dictatoris tempore, fecit Medæam,& Aiacem,Plin.lib.5.
Timon Athenienſis,temporibus fuit belli Peloponneſiaci, qui ob inhumanitatem dictus Miſanthropos.
Timon Apolloniates , Philoſophus Ptol.Philadelpho acceptus , ſcripſit tragœd.& comœd.Gel.
Timonium,caſtell.Paphlagoniæ,gentile Timoites,Steph.
Timotheus,Athenienſium Dux potentiſſimus, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus.
Timotheus , Athenienſis comicus mediæ comœdiæ , cuius fabulas narrat Athenæus.
Timotheus, Mileſius comicus fuit tempore Philippi Macedonis , ſcripſit de muſica lib. 17. (34 cap.8.
Timotheus, ſculptor vnus ex iis, qui Mauſolæum exlauere, Plin. lib.
Timotheus Gazæus,Grammaticus tempore Anaſtaſij Principis, cuius nonnulla commemorat Suid.
Timotheus quoque,viduæ mulieris filius, & Pauli Apoſtoli Epiſtolis tum martyrio clarus.
Timyra,vrbs iuxta Iſauriam Indiæ,Steph.
Tinda,opp.eſt in Thracia, Plin.lib.4.c.11.
Tindium,vrbs Libyæ,ciuis Tindanus, Steph.
Tingena,Regio eſt Meſopotamiæ,Ptol.
Tingis Cæſarea,opp. eſt Mauritaniæ Tingitanæ ab Anteo condituin. vulg.*Tanger.*
Tingitana, Prouincia eſt Mauritaniæ à Tingi dicta.
Tinia,flu.eſt in Tyberim defluens,Vulg.*Topino.*
Tinyſſa,ciu.eſt Armeniæ maioris,Ptol.
Tios, oppid. eſt Paphlagoniæ Ponti, à Tio ſacerdote Mileſiæ. Strab. lib.12.
Tipanniſſæ,pop.iuxta Caucaſum,Steph.
Tipaſa,ciu.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis,Ptol.
Tiphys , viri proprium , qui Argonautarum gubernator fuit , Virg.in Bucolicis
Tiquadra,inſ.eſt prope Baleares,Plin.lib.3.c.5.
Tireſias, vates thebanus , mutatus quondam in fœminam. Hom.lib. 11.Odyſſ.
Tiria,vrbs Leucoſyrorum, gentile Tiricus , Steph.
Tirithia,ciu.eſt in Meſopotamia, Ptol.
Tirius,Tirinthis,fluuius eſt in Argo.
Tirius,nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo.
Tiſarantus,flu.eſt Scythiæ, Herod.lib.4.
Tiſdris,opp. eſt Mauritaniæ Tingitanæ.
Tiſdritanus,a,um,à Tiſdris,Plin. Coſſucium ciuem Tiſdritanenſem.
Tiſias , Steſichorus poëta ante dictus ſed à choreis id nominis ſortitus eſt.
Tiſicenſe,opp.eſt Africæ propriæ,Ptol.
Tiſiphone,vna ex Furiis infernalibus, ſic à plectendis cædibus dicta.
Tiſis,vrbs Ægypti,quam condidit Tiſis,ciuis Tiſites,Steph.
Tiſorgia,opp. eſt Galliæ Belgicæ.
Tiſſa,opp.eſt Siciliæ inſ.Ptol hodie *Tiſſ.*
Tiſſinenſes,pop.ſunt Siciliæ inſ. Plin. lib. 3.c.8.
Titana,regiuncula Sicyonia,gentile Titanius,Steph.
Titan,& Titanus,Saturni frater Cœli & Veſtæ filius , pro ſole ponitur,quoniam à titanibus duxit originem.
Titana,ſex fuiſſe,& quinque ſorores à Titea matre dictas,author eſt Diodorus.
Titanum,vnus fuit Iapetus pater Promethei.
Titanius,a,um,Virg.*Lucentemque globum Lunæ , Titaniaque aſtra.*
Titaniacus,a,um. Ouid. *Hinc Titaniacis ablata draconibus intrat.*
Titanos,flu.eſt Æolidis,Plin.lib.5.cap.30.
Titanus,opp.eſt eiuſdem Æolidis, Plin.ibid.
Titanus,portus eſt in Corſica inſ.Ptol.
Titareſſus,ciu.eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Titaron,vrbs Theſſaliæ,gentile Titaronius Steph.
Tithonus , Laomedontis filius , qui Memnonem ex Aurora genuit. tandem in cicadem verſus.
Tithonius,a,um.coniux Tithonia,i.Aurora, Ouid.
Titeorea,vrbs Bœotiæ,à Tithorea nympha. Pauſan.lib.9.
Tithras,vicus in tribu Ægeide,inde Tithraſius,Steph.
Tithron,opp.eſt,Phocidis regionis.
Titiacuria,& Titienſis tribus dicta eſt à Tito Tatio, Feſt.
Titiani,pop.ſunt Corſicæ inſ.Ptol.
Titianus , orator Græcus, præceptor Maximi Principis ſcripſit libros prouinciarum pulcerrimos.
Titij ſacerdotes fuere Apollinis , à Varrone ſic dicti à titiis auibus, quas in auguriis obſeruare ſolebant.
Titius,flu.eſt Iſtriæ, Plin.lib.3.c.19.
Titius,flu.eſt Teuthraniæ regionis.
Titoneus,nomen montis apud Dionyſium, lib.1.Steph.
Titortus,alterum ex duobus iugis Parnaſſi,aliter Hyampæus.
Titorus , bubulcus monſtroſæ fortitudinis , cum Milone de robore certauit.Ælia.

Taciraua

Titanicia,ciu.eſt in Hiſp.Vulg.*Illeſcas*.
Titas,flu.in Illyride ſeu Liburnia,Vulg.*Cherca*.
Titus clariſſimus Romanorum Princeps Veſpaſiani filius,& frater Domitiani,Sueton.
Ticus prænomen Romanorum à timo,i,honoro.
Titus Liuius Patauinus hiſtoricus celeberrimus.
Tityrus,nomen eſt paſtoris apud Virg.& Theocritum.
Tityus,filius fuit Iouis, ex Elara Orchomeni filia.
Tityum,apud inferos damnatum hac lege poëtæ fingunt vt eius iecur vultur ſemper exedat.
Tithyi,corporis magnitudinem poëtæ dixerunt fuiſſe, vt iacens nomen iugera occuparet,Ouid.
Tityus Sextus,orator homo loquax,& ſatis acutus, ſed tamen ſolutus,& mollis in geſtu,Cic.

T. ANTE L.

Tlepolemus,Herculis fuit,& Aſtyoches filius, quem ex Ephyra Peloponneſi vrbe rapuerat,Hom.
Tletes,pop.Iberici iuxta Tarteſſios,Steph.
Tlos,opp.eſt Lyciæ,Plin.lib.5.c.27.

T. ANTE M.

Tmolus, mons Lydiæ eſt croco florentiſſimus, & vitibus conſitus, Plin.lib.5.
Tmolus,genus arbuſculæ,videtur eſſe, Col.lib.4.
Tmolius,a,um,Ouid.Africa quot ſegetes,quot Tmolia terra racemos.
Tmous,filius Tremyli,& Praxidices,Steph.

T. ANTE N.

Tnyſſus,vrbs Cariæ,gentile Tnyſſeus,Steph.

T. ANTE O.

Tobata,ciu.eſt Paphlagoniæ in Galacia,Ptol.
Tobricum,opp.eſt Hiſpaniæ citerioris,Ptol.
Tobrus,opp.eſt Africæ propriæ,Ptol.
Tocolofida,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanicæ,Ptolẽ
Todij,pop.ſunt Mauritaniæ Cæſarienſ.Ptol. melius Ducæ.
Toga,ciu.eſt Armeniæ maioris,Ptol.
Tolaſta,vicus eſt Paphlagoniæ in Galatia,Ptol.
Tolentum,Italiæ oppidum in Picino,à quo
Tolentinates,populi dicti,Plin.lib.3.c.13.
Tolerienſes,pop.Italiæ dicti ab op. Latij, quod interiit.
Toletum,ciuitas eſt Hiſp.citerioris,Ptol.Vulg. *Toledo*.
Toletani,pop.ſunt Hiſpaniæ conuentus Carthaginenſis.
Toletanus,a,um,à Toleto ciuitate dixit Priſcianus.
Tolgus,ciu.eſt in Epiro,Strab.lib.7.
Toliſtobogi,pop.ſunt Galatiæ,Ptol.
Tolophon, vrbs Locrorum Ozolorum, gentile Tolophonius, Steph.
Toloſa,opp. nobiliſſimum in Gallia Narbonenſi.
Toloſates,ſiue Toloſani,pop.ſunt idem.
Tomaras,mons eſt Ætoliæ in regione Epirotica,Plin.
Tomarus,mons eſt apud Moloſſos, Sol.c.12.
Tomeus,vrbs iuxta Odeſſum,gentile Tomites,Steph.
Tomeus,mons iuxta Coriphaſium Pyli,Steph.
Tomiſſa,regiuncula diſtinguens Cappadociam à Tauro, gentile Tomiſenus,& Tomiſeus,Steph.
§. Tomonia ſiue Tomondia, Comitatus Momoniarum in Ibernia, à quo Comes Tomoniæ,Oçahaſa vindicat 2.c.1.
Tomos,opp.eſt Thraciæ,Plin.lib.4.c.11.
Tomos,ciu.eſt in Ponto,vbi Ouid.exulauit.
Tomos dicta, quod illic Medea membra Abſyrti fratris conſecuit, Ouid. Tomos enim Græcis inciſio.
Tomitanus,a,um,Ouid.*Inque Tomitana condar oportet humo.*
Tomitus, a, um, Idem, *Non vocat,in qua ſint poſiti regione Tomiti quærere.*
Tomyris,Regina Maſſagetarum,quæ Cyrum debellauit, eiuſque caput in vtrem humano cruore plenum demiſit.
Tondarba,ciu.eſt in Media regione,Ptol.
Tongri, opp. Galliæ in Belgica, Ptol. quorum ciuitas Vulg. *Tongberen*.
Tonica,emporium eſt in ſinu Barbarico,Ptol.
Tonzus,opp.eſt Thraciæ,Ptol.
Topazos,inſ.eſt in mari rubro, in qua reperitur Topazius lapis mirè perlucidus.
Topiris,opp.eſt Thraciæ regionis,Ptol.
Toranius,magnus quidam,de quo Plin. lib.7.c.12.
Torcatæ,pop.ſunt iuxta Mœotim,Strab.lib.11.
Tormis,flu.Hiſpaniæ,iuxta Salmanticam fluens.
Tornacum,ciu.eſt Galliæ Belgicæ,Vulg.*Tornay*.
Tornates,pop.ſunt Galliæ Aquitanicæ.Plin.lib.3.
Torone,opp.eſt Macedoniæ.Plin lib.4.cap.10. Vulgo *Agiomamma*.
Toronneus ſinus,qui Toroni ciuitati adiacet,Steph.
Torone,ciu.eſt Halmenidis regionis in Epiro,Ptol.
Torone,opp.eſt Troadis,Steph.
Toronne,per duplex on,& omicron vtrobique opp.Siciliæ,Steph.
Torquatus, cognomen T. Manlij, qui Gallo ab Aniene occiſo torquem detraxit.
Torthebut,vrbs Lydiæ à Torthebo Atys filio, Steph.
Tortomion,vrbs inter Syriam, & Armeniam, Steph.
Tortoſa,nunc dicitur,quæ olim Aniarados.
Totena,regio eſt Armeniæ maioris, Ptol.melius Motena.

T. ANTE R.

Trabala,vrbs Lyciæ,gentile Trabalæus,Steph.
Trabes nomen poëtæ, cui inter comicos octauus locus aſſignatur, Cic.lib.4.Tuſcul.
Trachalus,orator Domitiani temporibus,ſobrius,& ſatis apertus fuit, Quint.lib.12.
Trachea,vocatur tota Iſauria,item Ciliciæ pars extra Taurum, Strab. Hinc.Tracheotes.
Trachiæ,inſ.eſt prope Corcyram,Plin.lib.4.c.12.
Tracæ,in Heraclea,ciuitas eſt Theſſaliæ,Plin.lib.3.c.7.quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt.
Trachin,vel Trachis,vrbs eſt Bœotiæ,Strab.lib.9.
Trachonitis,Regio eſt Syriæ Palæſtinæ,Plin lib.5.c.18.
Trachonitis,Tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ.
Trachina,opp.Campaniæ prius dictum Anxur, poſtea Tarracinæ.
Trachynius,a,um,Luc.Herculeum miles Trachynius Oetam.
Trachyni,orum,Cic.Quas hic voces apud Sophoclem in Trachynis edit.
Tractari,videntur eſſe,quos Claudr Tartaros prima breui profert.
Tragaſæ,regio Epiri à Tragalo quodam,Steph.
Tragiæ,inſulæ ſunt in ora Ioniæ,Strab.lib.14.
Tragia,inſula vna è Cycladibus,Plin.lib.4.c.12.
Tragilos,vrbs Thraciæ Cherſonneſum,Steph.
Tragium opp.eſt in Peloponneſo, Strab.lib.8.
Tragos,inſula eſt contra Epheſum,Anacreontis patria.
Tragene,Toparchia eſt Iudææ Palæſtinæ,Plin.lib.5.c.15.
Tragonica,ciu.eſt in Perſide regione,Ptol.
Tragurium, inſula cum oppido adiacens Dalmatiæ, Plinio, Vulg. *Trau*.
Traiana,ciu.eſt Picenorum mediterranea,Ptol.
Traiana,ciu. eſt in Germania inferiori.
Traianopolis,ciu.eſt in Thracia Cherſonneſo, Ptol.
Traianopolis,ciu.eſt Phrygiæ maioris in Aſia.Ptol.
Traianus, portus eſt in Tuſcia, Ptol. hodie Volaterranorum portus, Vulg. *Puerto Fangezo*.
Traianus,inter Cæſares optimus.
Traianus, patritius ſub Iuſtiniano Principe floruit, ſcripſit epitomen temporum,Suid.
§.Tralia, oppidum ac portus maritimus Momoniarum in Ibernia.
Tralion in Bithynia, pertingit vſque ad Eſtacenum ſinum gentile Tralij,Steph.
Trallis,ciu.eſt Cariæ regionis, Plin.lib.5.c.29.
Trallis,ab Argiuis,& à Thracibus condita.
Trallis,vrbs Lydiæ iuxta Meandrum,prius Anthea dicta.
Tralliani, ſiue Trallienſes,populi à Trallibus.
Trallius,a,um,Liuius lib.37.Extremos,inquit,Trallios.
Traneducto,ciu.eſt Baſtulorum in Hiſp.Ptol.
Tranomontani,pop.ſunt in Sarmatia Europæ, Ptol.
Tranſalpina,Gallia eadem, quæ Comata, Calep.
Tranſapenina,Italiæ pars eſt,Sempron.
Tranſiſtana, regio quæ eſt trans Iſtrum fluuium.
Tranſpadana regio eſt,quam priſci Tuſci tenuere, Vulg. *Lombardia*.
Trapeza,vrbs Arcadiæ prope tricolon.Steph.
Trapezus,untis,ciu.eſt Cappadociæ,Plin.Vulg.*Trapezunda*.
Trapezus alia,in Arcadia,à Trapezunte Lycaonis filia,Steph.
Trapezuntius,a,um,res ad Trapezuntem pertinens.
Trapezopolis,ciuitas eſt Cariæ regionis,Ptol.
Trapezopolites,pop.ſunt Cariæ conuentus Alabandici, Plin.
Trapezuſa,ciu.Ponti Cappadocum in Cappadocia. Ptol.
Traphe,vrbs iuxta Pontum,idem Trapheus,Steph.
Traſymenus, lacus in agro Perufino, vide ſupra traſumenus, Vulg. *Lago de Perugia*.
Trauchenij, pop.iuxta Pontum Sindis finitimi Steph.
Trauſij,pop.quos Græci Agatyrſos nominant, Steph.
Traba,ciu.Latinorum mediterranea.
Trabatius, Iuriſconſultus Ciceronis familiaris.
Trebia,flu.eſt in Padum defluens,Plin.lib.3.cap.16.
Trebiates,pop.ſunt Vmbriæ in Italia, Plin.lib.3.c.14.
Trebonius, vir qui cum Bruto & Caſſio coniurauit in Cæſarem, in Aſia fraude dolabellæ interfectus,
Trebula,ciu.eſt Campanorum mediterranea,Ptol.
Trebulani,pop.ſunt Italiæ à Trebula,Plin.lib.13.
Trecæ,vrbs nobilis, & potens in Campania Gallica, Vulg. *Troyes en Champaña*.
Trecaſſes,pop.ſunt Galliæ Lugdunenſis, Plin.lib.4.cap.10.
Trechus,vir Ætolus,bellator egregius Hom.5. Iliad.
Tremiſe,Lycia olim vocabatur, incolæ Tremiſei Steph.
Tremithus,vicus in Cypro,incolæ Tremithuſij,Steph.
Treres,pop ſunt Macedoniæ finitimi,Plin.lib.4 cap.10.
Trerus,flu.Italiæ iuxta Fabrateriam fluens,Strab.
Trerus,regiuncula Thraciæ,Steph.
Treſpylios inſula eſt in ora Ioniæ.Plin.lib.5.c.31.
Treuiri,pop.ſunt Galliæ Belgicæ,Cæſar.
Treuiricus,a,um,Auſon.*Treuiricaque vrbs ſolium*.

Triacenſes,pop.ſunt Piceni in Italia,Plin.lib.3.
Triachoſachia,pars eſt Arabiæ ad Babylonem.
Triatus,magnus orator,cuius meminit,Cic.de claris oratotibus.
Triualli,Epiri pop. Dardanis oppoſiti,Plin. lib.4.c.1.
Tribanta,ciuitas eſt in Prygia magna,Ptol. (cia.
Tribenes,ſiue Tribocci,pop.ſunt Galliæ Belgicæ,Vulg.*Los de Alſa-*
Tribulium,opp.eſt Liburniæ.Plin.lib.3.cap.22.
Tribunus, quæſtor Iuſtiniani fuit, Chriſtianæ religionis contemptor.
Trica,vel Tricca,oppid.eſt Theſſaliæ Steph.
Trica,ciuit.in Apulia Daunia,à Diomede euerſa,Plin.lib.3.c.10.
Tricalon,vrbs Siccorum,gentile Tricalinus,Steph.
Tricara caſtellum Philaſiæ,gentile Tricareus,Steph.
Trice,Sen.in Troade.Parua Cortynæ ſteriliſque Trice.
Tricaſi,populi ſunt Galliæ Narbonenſis,Plin.lib.3.c.4.
Tricaſtinus,a,um,Sil.*Iamque Tricaſtinis incidit finibus agmen.*
Trichænæ,op.eſt Phocidis,Plin.lib 4.c.2.
Tricolonum Regio eſt in Prouincia Narbonenſi,Plin.lib.3.
Tricomia,ciu.eſt Phrygiæ magnæ,Ptol.
Tricongius,vir,qui epotis tribus congiis ſpectante Tiberio Principe, nomen ſibi vendicauit præclarum.
Tricornenſij,pop.ſunt Myſiæ ſuperioris,Ptol.
Tricouium,ciuit.eſt Myſiæ ſuperioris,Ptol.
Tricorytus,ciu.eſt in Attica regione,Strab.lib 8.
Tridentum ,opp.eſt Tricnomanorum in Italia,Ptol.Vulg.*Trento.*
Tridentini,pop.ſunt eius incolæ,Plin.lib 3.
Triena,ciuit.eſt Cariæ regionis.
Trieris,op.eſt Syriæ Phœnices.Plin lib.5.c.20.
Trierum,promont.eſt Syrtis paruæ,Ptol
Trigarius,locus iuxta campum Martium,Plin.lib.37.cap.13.
Trigemina,porta Romæ dicebatur,per quam Trigemini fratres Horatij exierunt,Vulg. *Porta de S.Paulo.*
Trimanium,opp.eſt Myſiæ inferioris.Ptol.
Trimethus,ciu.eſt in Cypro inſ.Ptol.
§.Trimmia,oppidum Mediæ in Iberniæ,inſigni Academia olim celebris.
Trimontium,op.eſt Britanniæ inſ.Ptol.
Trimontium,ciuit.Thraciæ,quæ Hadrianopolis & Philopolis,Vulg. *Adrianopoli.*
Trinacria,inſul.prius dicta,quæ poſtea Rhodus,Plin.Vulg. *Rodas.*
Trinacria, inſ.eadem quæ Sicania,ſiue Sicilia.
Trinacria à tribus promontoriis dicta,Pachyno,Lilybæo, & Peloro, vel à Trinacro Neptuni filio.
Trinacris,idis,Ouid. *Trinacris eſt oculis,te duce,uiua meis.*
Trinacrius,a,um.Vulg.*Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni.*
Trinaſſus,nauale eſt in Peloponneſo.Ptol.
Trinemij,pop. ſunt in Attica, Strab.
Trinomes,vicus in Cecropide tribu,Steph.
Trineſſa locus Phrygiæ.gentile Trineſſæus,Steph.
Trinium,fluu.eſt Italiæ prope Riſernum,Plin.lib.2.Vulg.*Trenio.*
Trinoantes,pop.ſunt Britanniæ inſulæ,Ptol.
Triochala,ciu.eſt in Sicilia inſula,de qua Silius.
Triochanali pop. ſunt eiuſdem Siciliæ inſulæ.
Trioditis Hecate,quod in triuiis colatur,Steph.
Triopas,Rex fuit Theſſalorum.
Triopium promontorium eſt,Diod.lib.6.
Trioæenus,Thrax fuit vnus ex his,qui venêre in auxilium Troianorum,Homer.lib.2.Iliad.
Triphylia,regio eſt in Peloponneſo,Strab.lib.8.
Tripodes,& Tripodiſcion,locus eſt in Attica,Strab.lib.8.
Tripolis,tres ſunt ciuitates in Syria Phœnices,Tyrus,Sidon, & Aradus,Strab.
Tripolis,tres ſunt ciuitates Africæ inter Syrtes Abrotonũ, Tophyla, Leptis magna,Pomp.
Tripolis,tres ſunt item ciuitates in Cæia.
Tripoliſſi,vel tripoliſſio,pop.theſprotici,Steph.
Tripolitani,pop.ſunt conuentus Sardiani,Plin.lib.5.
Tripolites,Græcis dicitur,quod Latinis Tripolitanus,Donat.
Tripontium,Vmbriæ opp.ſic dictum,quod tres habeat pontes.
Tripolemus Cælij filius,inuentor aratri,& agriculturæ in Attica regione,Seru.
Triquetra,Sicilia inſula dicitur,quòd trianguli figuram habeat.
Triquetrus.a.um,Silius,Triquetris quam miſerat oris.
Trita,opp.eſt iuxta Apenninum,Plin.lib.3.c.5.
Triſaton,flu.eſt Britanniæ inſulæ,Ptol.
Triſela opp.eſt Siciliæ inſulæ.
Triſidis,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanæ,Ptol.
Triſmegiſtus,nepos fuit maioris, Mercurij, quem Nili filium fabulantur fuiſſe.
Triſmegiſtus,dictus quaſi ter maximus Philoſ.& Sacerdos.
Triſpiæ,pop.Thraciæ,Steph.
Triſtolus,ciu. eſt Sinticæ regionis Macedoniæ,Ptol.
Tritanus,gladiator fuit prodigioſæ fortitudinis,Plin.
Tritæa,vrbs Achaiæ ciuis Tritæus,Steph.
Tritæ,pop.fuerunt Achiuorum,Herod.lib.1. (*falla.*
Tritium Metalum,ciuitas eſt Berorum in Hiſpania,Ptol. Vulg. *Tri-*
Tritum Turboricum,ciuitas eſt Vardulorum in Hiſpania, Ptol. Vulg. *Najara.*
Triton,Deus marinus Neptuni,& Salatiæ deæ marinæ ab aqua ſalſa dictæ,filius,Seru.
Triton,flu.& palus eſt inter duas Syrtes,Luc.*Turpentem Tritonis adit illaſa paludem.*
Triton,promont.eſt in Numidia.
Tritonis,idis,Luc.*Et ſe dicta Tritonida dixit ab vnda.*
Tritonia,dicta eſt Minerua,quæ primum,ad lacum Tritonis viſa eſt habitu virginali.
Tritonia,à Cretæ filio Tritonis dicta,Diod.
Tritonicus,a,um,Ouid.*Qui Tritoniacam nouies ſubiere paludem.*
Tritoniace,vrbs Ponti eadem,quæ ſuprà Tomos appellata.
Trittæa,ciu.eſt in Achaia,cuius meminit Strab.
Trittæenſes,pop.ſunt in eadem Achaia,Strab.lib.8.
Triuia,dicta eſt Diana,quod triuiis præeſſet,Virg.
Triuia Diana,propter id tres facies habere fingebatur.
Triuiatri,pop.ſunt Alpini.Plin.lib.3.cap.20.
Triumphale,cognomento Ipaſturg,opp.eſt Bæticæ,Plin.
Triumphalis,porta Romæ, quod per eam triumphantes victores in vrbem deducerentur.
Triumpili,pop.ſunt Euganeorum,Plin.lib.3.c.20.
Trizi,pop.iuxta Iſtrum Meridiem verſus,Steph.
Troas,ciuitas quæ prius Troia appellabatur,Hier.
Troas,regio eſt Aſiæ minoris Helleſponto adiacens.
Troas, quondam Æolis, & Myſia appellata fuit, Plin. lib. 5. cap.30.
Troia,op.eſt Troadis regionis.in qua Ilion.
Troemi,pop.ſunt Galatiæ.Ptol.
Troëctes,vir quidam è Phœnicia,aptus ad decipiendum.Hom.lib.14. Odyſſ.
Troëzen,opp.eſt Meſſeniæ mediterraneum iuxta Iſthon, Ptol.Vulg. *Pradena.*
Troëzen,op.Cariæ conuentus Alabandici,Plin.
Troëzen,multi ſoluta d phthongo proferunt, Troëzen.
Troëzen,Græci per oi,proferunt,quam nos in œ,vertimus.
Troëzenia regio in minori Aſia,à qua Troëzenii.
Troëzenij, pop. fide ſocietatis Atticæ illuſtres in ipſo Cherſoneſo ſiti.Pompon.
Troëzenius a,um.Ouid.*Hæc Ixionides,illic Troëzenius heros,* Perithoum, ac Theſea intelligens.
Trogiliæ,inſ.ſunt in ora Ioniæ,Plin.lib.5.cap 31.
Trogilla,ora eſt in Ionia,Plin.lib.5.cap.29.
Trogilos,vrbs in Sicilia,& regio Macedoniæ,Steph.
Troglodytæ,pop.ſunt cauernas incolentes.
Troglodytæ , à Troglo , quod foramen ſignificat , appellati ſunt.
Troglodytæ,pop.ſunt Æthiopiæ Ægypti.
Troglodytica,regio eſt in eadem Æthiopia, Ptol. Vulg. *El Reino de Melinda,en Etiopia.*
Troglodytæ,ſunt quos dicunt Magabares,Diod.
Troglodytæ.alteri pop. ſunt Septentrionales.
Troia,regio eſt minoris Aſiæ,in qua fuit Ilion,ciuit. Regia Priami ,à Troë Rege.
Troia,à Troë Rege dicta,ſicut Teucria,à Teucro,
Troia , vrbs quam Æneas condidit , Virg. *Troia cum conderet vrbem.*
Troia,& regio Priami, & luſus puerorum equeſtris dicitur ab Æneæ conſtitutus,Feſt.
Troia , lacus in agro Laurente , in quo primum Æneas cum ſociis conſtitit.
Troia,vicus in Attica,qui nunc Zipetu vocatur,Steph.
Troianus,a,um,Troia,Virg.2.Æncid. *Troianas ut opes.*
Troicus,a,um,Ouid.*Troica fata canunt,&c.*
Troius,a,um,trium ſyllabarum,Virgil.*Armaque fixit Troia.*
Troiugenus , a, um, à Troia genitus Ennius Troiugenas bello claros.
Troicus,mons,& Troites,fluuij in Ægypto ſunt,Steph.
Tros,qui ex Troia eſt,Virg.*Tros,ait,Æneas ceſſas.*
Troici,lapidis dorſum,mons eſt Ægypti,Ptol.
Troilus,filius fuit Priami,& Hecubæ,ab Achille occiſus , quo viuo, Troia capi non poterat.
Troitum,ſiue Throitum, oppid. Phaliſcorum finitimum Hetruſciæ.
Troizenus,Thrax fuit vnus ex his,qui Troianis in auxilium venere, Hom.
Trometina tribus,dicta eſt à campo Trometino,Feſt.
Trometina,tribus eſt à loco Cælij,Fabio Pict.
Troitum,opp.eſt Locrenſium,Hom.2.Iliad.
Trophæa Auguſti,locus eſt in Italia,Ptol.Vulg.*Torbia cerca del puerto de Monacho.*
Trophæa Druſi,locus eſt in Germania,Ptol.
Trophæa Pompeij, ſunt in montibus Pyrenæis.
Trophonius , vates ſummus in ſecandis ſaxis artifex , aditum Delphicum ex 5. lapidibus ſtruxit. Stat.
Tros,Rex Troiæ fuit,Ganymedis pater, à quo Troia dicta.
Troſtulum , oppid. eſt Tuſciæ mediterraneum , Plin. lib. 33. cap.22.
Troſtidi,è Troſſulo dicti ſunt equites Romani,Cat.in orig.
Trucones.inſ.ſunt in mari Adriatico,Plin.lib.3.
§.Trudbertus Martyr, filius Regis Iberniæ , frater SS. Rudberti & Erentrudis , Patronuſque Friſgangenſium , Canſius tom.6.antiq lect.
Trudentinus , a , um , an Tridentinus, an Truentinus à Truento.

Truden

Trudentius,a, um, Sil. *Quinque Trudentinas ſeruat.* &c.
Trudentinates pop. ſunt in Samnitibus.
Truentum,opp. eſt & lumen in Piceno, Plin.Vulg. *Tronto.*
Truentinorum forum eſt in eadem regione.
Trulla, portus eſt in Arabia, Ptol.
Tryphe, vrbs Eubœæ, gentile tryphelis, Steph.
Tryphiodorus, Ægyptius poëta ſcripſit Marathoniaca & poëma de excidio Ilij, Suid.
Tryophon, Alexandrinus Grammaticus Auguſti tempore ſcripſit de copia orationis, Suid.
Tryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epiſtolæ, Hieronym.
Tryxæ, opp. eſt in Thera inſula Herod.

T. ANTE V.

§.Tuamia, oppid. Conaciæ in Ibernia, vnde Archiepiſcopus tuamenſis.
Tuati, vetus & noua oppida ſunt Bæticæ, Plin.lib.3.
Tubanti, pop. ſunt Germaniæ magnæ, Ptol.
Tubero, onis, fluu. eſt apud Indos, Pomp.lib.3.cap.7.
Tubero Romanus notiſſimus ex orat. Cicer. pro Ligario.
Tubuſuptus, op. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Tubuſtini, pop. ſunt Hirpinorum in Italia, Plin.
Tubacatha, ciu. eſt Libyæ interioris, Ptol.
Tucca,op. eſt Numidiæ nouæ in Africa. Ptol.
Tucca, op. eſt inter Trabacam, & Bragadam.
Tucca, ciu. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Tucca, L. Varus, & Procius viri doctiſſimi amici Virgilij, iuſſu Auguſti Virg. carmina emendarunt.
Tucci'op. eſt Bæticæ conuentus Aſtigitani, Plin.lib.3. cap.1. Vulg. *Tucſino*, Aliis *Martos.*
Tuccinus,a, um, res ad tuccos pertinens.
Tucris, ciu. eſt Hiſp. Ptol. Vulg. *Tudela.*
Tucrumuda, ciu. eſt Libyæ interioris, Ptol.
Tucubis,op. eſt Africæ propriæ, Ptol.
Tude,eadem eſt quæ tyde in Gallia, Solin.Vulg *Tuy.*
Tudernum, opp. eſt in Caſſiano itinere ab vrbe in Gallias. Vulg. *Murno.*
Tudernis, vna ex Tuſcis, æque ac eiuſdem nomicis Florentia.
Tuders, ertis, ſiue tudertum,id eſt,opp. in Ducatu Spoletano,Vulg. *Todi.*
Tuders, Sil. *Haud parci Martem colniſſe Tudertes.*
Tuderres, & tudertini. appellantur tudertum habitantes.
Tuditanus, viri proprium, quòd caput ſimile malleo haberet.
Tuerobius, fluu. eſt Britanniæ inf. Ptol.
Tueſis, æſtuarium eſt maris Britannici, Ptol.
Tugmi, pop. ſunt Galliæ in Heluetiis, Strab. lib.4.
Tuita, ciuitas in Hiſpania, Ptol.
Tuiſi, pop. ſunt Cantabriæ in Hiſpania.
Tulcis, modicus amnis Hiſp. tarraconem. Pomp.
Tulenetj, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Tuliagi, pop. ſunt vt opinor, Galliæ Belgicæ.
Turiphurdium, Germaniæ vrbs, Ptol. Vulg. *Gottingben.*
Tuliſurgium, oppid. Germaniæ, Vulg. *Branzvvic.*
§.Tullie, oppidum Momoniarum in Ibernia.
Tullia, filia fuit Seruij ſexti Romanorum Regis.
Tullianum, locus in carcere Romæ plenus fœdis odoribus.
Tullianum, dictum quod à Tullo Rege carceri addictum fuerit.
Tullica, ciu. eſt Caliſtorum in Hiſp. Ptol.
Tullius, nomen oratoris Latinorum omnium Principis.
Tullum, ciu. eſt Leutorum in Gallia Belgica. Ptol.
Tullus Hoſtilius, tertius Romanorum Rex, Romulo bellicoſior, Liu. lib.1. dec.1.
Tulonium, ciu. eſt Vardulorum in Hiſp. Ptol.
Tumarra, op. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Tumias, mons eſt in tuſcia, Cat. in frag. orig.
§.Tundulus, Ibernus Caſſelienſis ſcripſit librum ſuarum apparitionum. Vixit ann.1148.
Tunetus, ſiue tunitum, op. eſt Numidiæ, vulg. *Tunez.*
Tunetum, Scipionis tempore tumulus erat editior, vnde Scipio ſpectabat Carthaginenſes.
Tunetæi à Tuneto dicti, quos Sidonius tuniſcos appellat.
Tuntobrida, ciuit. eſt Hiſpaniæ tarraconenſis, Ptol.
Tuola, fluu. eſt Corſicæ inſulæ, Ptol.
Tuphium, ciuitas eſt Ægypti, Ptol.
Turaphilum,opp. Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Turiarius, vicus Romæ eſt, Auſonio.
Turbo nomen proprium gladiatoris. Hom.lib.2. Serm.
Turbula, ciu. eſt Baſtinorum in Hiſp. Ptol.
Tureæ, pop. ſunt Scythiæ iuxta thyſſagetas, Pomp.
Turci,orti indicantur, qui ætate noſtra latiſſime imperitant.
Turde, ciu. eſt Vilumbrorum in Italia, Ptol.
Turdetania, regio eſt in Bætica, Strab. lib.3. vulgò, *El Reino de Murcia en Andaluzia.*
Turduli, veteres & noui ſunt in eadem Bætica.
Turgina, opp. eſt in Hiſp.
Turia, vel Thuria, fluu. eſt Hiſp. citerioris, vulg. *Guadalquir.*
Turia, in ſinum Sucronenſem influit.
Turinus,a, um, à turia, Ouid. turinoſque ſinus.
Turiaſo, ciu. eſt Celtiberum in Hiſp. Vulg. *Taraſona.*
Turiaſonenſes, pop. ſunt Hiſp. citeriotis,Plut.
Turictace, ciu. eſt tauricæ Cherſonneſi, Ptol.
Turiga,op. eſt Bæticæ,quod Veuituianum, Plin.
Turini, pop. Italiæ comites militiæ Athenienſium.
Turinos, in tertia Italiæ regione colloeat Plin.
Turmantini, pop. ſunt Hirpinorum in Italia, Plin.
Turmodigi populi, ſunt Hiſpaniæ citerioris, Plin.lib.3.
Turmogum. oppid. eſt Hiſpan. Luſitaniæ, Ptol.
Turnus, nomen Ducis, qui ab Æneæ occiſus eſt, Virg. lib.12.
Turobrica, ciu. eſt Bæticæ, Plin. lib.3. c.1.
Turoceleo, quod Vettridum, opp. in Vmbria, quod interiit.
Turodorij, pop. ſunt Hiſp. tarraconenſis, Ptol.
Turogij, pop. ſunt Galliæ Narbonnenſis.
Turogij, inter Tricaſios, & Auernos ſunt.
Turones, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Plin.lib.4.
Tureni, pop. ſunt Germaniæ magnæ, Ptol.
Turio Ambiuius, autor comœdiarum tetentij temporibus.
Turrenea, & Volturrena, incertæ originis ſunt, Ioan. An.
Turreni, ſiue Tyrrheni, pop. ſunt Italiæ.
Turrheni, quæ Tyrrhene, non à tyrrhene Atys filio dicentur,ſed Turreni dicti ſunt à turribus, Myrſilio c.7.
Turris Biſonis, ciu. eſt Sardiniæ inſ. Ptol.
Turris Stratonis, opp. eſt Palæſtinæ, Plin.lib.5.
Turris Syllana, opp. Hiſp. vulg. *Tordiſillas.*
Turnus, fluu. eſt Venetiæ regionis, Plin.lib 3.
Turſcana, oppid. eſt in Antichano itinere ab vrbe in Gallias.
Tuulis, flu. eſt Hiſp. Tarraconenſis. Ptol.
Tuurannus, flu. eſt Sarmatiæ, in Europa, Ptol.
Tuxaptiana, ciuitas eſt Hiſp. Ptol.
Tuzzo, ciu. eſt Africæ ſub Adrimytto, Ptol.
Tuſaditum, promont. eſt Mauritaniæ Tingitanæ.
Tuſcania,pop. eſt Tuſciæ prope Tarquinios.
Tuſcanienſes, pop.ſunt Hetruriæ,Plin.lib.3.cap.5. *De ſe halla el caſtillo de Thoſcanella.*
Tuſcentius, homo inuitiolus & auarus,cuius meminit Cic.
Tuſcia, lege ſupta thuſcia cum aſpiratione.
Tuſca, tuſſica, thuſca thuſcia, incertæ originis ſunt.
Tuſculum, Italiæ oppidum Ciceronis villa nobiliſſima, vulgò *Frafcati.*
Tuſculanum prædium iuxta tuſculum, vnde tuſculanæ quæſtiones.
Tuſculus, a, um, qui tuſculum incolit, Cic.
Tuſculanus ager, in quo erat villa Ciceronis celebratiſſima.
Tuſculanenſis. Tuſculanenſe, è Tuſculo fecit, Cicer.
Tuſculus, a, um, Stat. Algibus aut hortens, aut tuſcula protegit umbra.
Tuſcus, vicus Romæ vbi habitauerunt tuſci.
Tuſſia, quarta pars eſt tertiapolis Hetruriæ.
Tuſſicani, pop. ſunt Vmbriæ Italiæ, Plin. lib 3.
Tutanus, Deus apud Etruſcos, qui homines tueri putabatur, Varr.
Tutanus, Deus Romæ omnes, qui laborant, inuocant.
Tutelæ ara, locus eſt in Corſica inſ. Ptol.
Tuticum, op. eſt Samnitum in Italia, Ptol.
Turtienſes, pop. Italiæ ab oppido quod interiit, Plin.
Tutiſſima, dea quæ tutandis frugibus præerant, vt in tuto ſeruarentur, Varron.

T. ANTE Y.

Tyana, op. eſt Ioniæ regionis.
Tyana, ciu. Græca in Cappadociæ finibus poſita Apollonij tyanæi patria fuit, Philoſt.
Tyaneus,a, um, Ouid. *Oſtendit adhuc Tyaneus illic incola.*
Tyare, op. eſt teuthraniæ, Plin lib.5. c.30.
Tyareni, pop. ſunt conuentus Pergameni, Plin.lib.5.
Tyberis, flu. Italiæ clariſſimus vulg. tenero.
Tyberis, a tyberino Albanorum Rege, in eo merſo dicitur, Liuius, Ouid.
Tyberis, cognominatus eſt Serra, ab eo quod ripas ſecaret.
Tyberis, præterea dictus eſt Rumon, quid eaſdem ripas ruminaret.
Tyberis, primum ab aquarum colore Albula, deinde tyberis appellatus.
Tyberis verò, à tyberi Rege antiquiſſimo, de quo Varr.lib.8.
Tyberinus,a,um, Luc. *Tyberina in fluminu vino.*
Tyberina oſtia, qua tyberis exit in mare.
Tybrinus, per Syncopen, pro tyberinus, Claud. *Redienſque per vndas Claſſis Tybrinas.*
Tyberinus, Ouid. *Annuerant nympha Tyberides omnes.*
Tyberius, nomen Imper. Roman. Auguſti ſucceſſoris.
Tyberij dicti ſunt, quod iuxta tyberim flu. naſcerentur.
Tybur, oppid. Italiæ ſexdecim millia paſſuum ab vrbe diſtans,vulg. *Tboli.*
Tyburtinus,a, um,Virg *Tum gemini fratres Tyburtia littora linquunt.*
Tyburs,cómune trium eſt,Gell.Meminimus in tyburti Bibliotheca.
Tyburtis, à Gell. in tyburte iure concertamus.
Tyburtinius, a, um,quod ex tyburto.
Tyburtini, pop. ſunt Vmbriæ in Italia.
Tycha, Nympha Oceani, & tethyos filia, Heſiod.
Tyche, vrbs Siciliæ, tertia pars Syracuſarum. tic.

Tychius, cerdo fuit ſiue faber celeberrimus, Hom.
Tydæ,cuit. eſt ſiue caſtellum Graiorum in Hiſp. vulg. *Tuy.*
Tydæus, Oenei,& Althææ fuit filius,à Menalippo interfectus.
Tyrides Diomedes Tydei filius,bellator ſtrenuus.
Tyenis,mons Colchorum à Tyenide fluuio, Steph.
Tylaſſus,mons Italiæ, Steph.
Tyli,vrbs Thraciæ. prope Henum,gentile Tylites, Stephan.
Tymber,nomen viri,& fluminis, quod Steph. tymbrium appellat.
Tymbriani, pop. ſunt in Phrygia. Steph.
Thymenæon, vrbs iuxta Phrygiam, qui inhabitata Tymenæus, Steph.
Tymes, vrbs Libyæ,gentile Tymeſius, Steph.
Tymniſſus,vrbs Cariæ, gentile Tymniſcus, Steph.
Tymnus,vrbs Cariæ, gentile Tymnius,Steph.
Tymoetes,vates fuit Priami, & Atibæ filius,Seru.
Thymphei,pop. ſunt finitimi Macedoniæ. Strab.lib.7.
Tyndaris, colonia eſt in Sicilia inſula. Plin.
Tyndaritani, à Siciliæ opp. Tyndari deducuntur.
Tyndarij,populi ſunt tres adiacentes Africæ, Ptol.
Tyndarus fuit Rex Oebaliæ,pater Caſtoris, & Pollucis.
Tyndaride,Caſtor,& Pollux dicti,& Helena Tyndaris.
Tyndareus, a, um, Valer. *Tyndareuſque puer mihi vellere gratior Helles.*
Tynes,vrbs Siciliæ,gentile Tyneſius, Steph.
Typhoneus,ſpecus eſt in Cilicia, Pomp.lib.1.c.13.
Typhoms,cubile eſt in Cilicia, Solin.c 51.
Typhœus,gigas fuit terræ & Titani filius,alio nomine Typhon, Seneca in Hercule furente.
Typhoëus,a,um.4. ſyllabarum.Virg. *Nate patris ſummi,qui tela Typhœa temnis.*
Typhoius,a, um, Claud. Rupitæ typhoia certæ.
Typhon alius,frater Oſiridis Regis Ægypti, Diod. Sic.
Typhon, ventus eſt Ariſt.2. Meteor.
§. Typperaria, oppidum Momoniarum ac caput territorij in Hibernia
Tyra flu. eſt Sarmatiæ,Plin.lib.4.cap.12.Valer. *Linquitur abreptis pelago tyra.*
Tyra,ciu. eſt Myſiæ inferioris, Ptol.
Tyra quoque,opp.eſt Sarmatiæ in Europa,quod antea Ophiuſa dicebatur, Plin.
Tyramba, ciuitas eſt Sarmatiæ, Ptol. ſib. 5. cap. 9. Hodie *Trapano.*
Tyrambæ,pop. ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ, Ptol.
Tyrangitæ, pop. ſunt Sarmatiæ in Europa, Ptol.
Tyrannion Amiſenus,Romæ docuit tempore Magni Pompeij.
Tyrannus, dictus quod inter æquales ſuperbis verſabatur moribus.
Tyrannion alius,è Phœnicia diſcipulus prioris, Suid.
Tyrannus,ſophiſta qui ſcripſit de diuiſione partium orationis lib.10. Suid.
§. Tyrconelia, comitatus Vlroniæ in Hibernia,vnde Comes Tyrconeliæ.
Tyrea ſiue tyræ,arum,lege thyre,vel thyreæ ex Thucidid.
Tyres,flu. eſt Scythiæ poſt Iſtrum ſecundus, Herod.
Tyreenſe,opp. eſt Africæ propriæ,Plin.lib.5.c.4.
Tyritos,opp. eſt Atticæ,Acamantidos tribus. Strab.
Tyndarus,Rex Armeniæ,temporibus Neronis. Plin lib.33.
Tyrinthia, op. peloponneſi Argis vicinum, in quo nutritus eſt Hercules.
Tyrinchia æ, legitur quoque tyrius thos, Metull.
Tyrinthius,a,um, à tyrinthia,vnde Hercules tyrinthius.
Tyrifla,ciu. eſt Æmathiæ in Macedonia, ptol.
Tyriſſæi. pop. ſunt Macedoniæ mediterranei.
Tyriſſaſis,opp. eſt Cherſonneſi ad Propontidem, Plin.
Tyriſſis,opp. eſt Peloponneſi in ſinu Argolico.
Tyriſtripolis,ciu. eſt in Myſia inferiori
Tyritacitæ,vrbs Ponti,gentile Tyritacitæus, Steph.
Tyritæ, Græci qui incolunt iuxta Tyronem flu. Hier.
Tyrius, mons eſt Æthiopiæ, Diod.l.b.4.
Tyrmeni, Scythiæ pop. permiſſum nauigandi, Steph.
Tyrnphi,vrbs in tribus Oeneid. Steph.
Tyro,M rull. Ciceronis alumnus, & libertus fuit.
Tyronianus num, pulſi ſimum à tyrone,Gel.lib 17.
Tyro pater fuit Dulonis, qui alijs Bolus vocatus eſt.
Tyro, virgunicula fuit theſſala Salmonei filia, Propert.lib.7.
Tyrodiza, perinthiorum oppidum. Herod.lib.7.
§. Tyronia, comitatus Vlroniæ in Hibernia, à quo tyroniæ Comes.
Tyros,op. eſt Syriæ Phœnices,Ptol.vulg. *Puerto de Sur.*
Tyros, Phœniciæ peninſula. Plin lib 5.c.19.
Tyros,vrbs inſignis mœnibus in Peloponneſo, Hom.
Tyros antiqua, prouerbium quo ſignificamus ſummum malum, extremamque miſeriam, in Prouerb
Tyrius,a,um, quod è tyro inſ. vt oſtium tyrium.
Tyriæ veſtes,dicuntur tyria purpura infecta, Ouid.
Tyria maria,prouerbium de re tumultuoſa,ac periculi plena.
Tyrrheni,pop. ſunt Italiæ ad Meridiem.
Tyrrheni,popul. Italiæ,quos Romani,Thuſcos ac Hetruſcos appellant.
Tyrrhenia,à tyrrheno Lydiæ Rege condita eſt.
Tyrrhenia,de qua Ouid. Concurrit Latio tyrrhenia tota.
Tyrrhenus, a, um, Claud. Lydius ediderat tyrrhenia gentis aruſpex.
Tyrrhenium mare, quod adiacet Tyrrhenis, vel à
Tyrrhenis nauis, qui ſe in hoc mare præcipitauerunt, Seru. in 5. Æneid. Virg.
Tyrrhus paſtor, apud quem Lauinia peperit, Virg.lib.7.
Tyrtæus poëta Græcus,de quo Plat.in lib.de legibus.
Tyrus,op. iuxta Libanum montem, Plin.lib.5.c.20.
Tyſar,flu. eſt Galliæ Narbonenſis.
Tyſias Princeps & inuentor fuit artis Rhetoricæ, Cic. 1. de inuentione.
Tythea,vxor Noë in arca tempore diluuij ſeruata. Aretia,id eſt terra vocabatur ab Armenijs, quia mater omnium erat, & Eſta, hoc eſt, ignis, poſt mortem cognominata: quod ipſa ſacrorum Regina fuerat, puellâſque docuerat ſempiternum ignem ſacrorum inextinctum ſeruare, Beroſ. lib.1. & 3.
Tytigias, latro fuit & plagiarius in Arcadia, Eraſm. in Chiliad.

DE LITERA V.

VAbar,opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Prol.
Vacama,opp. eſt Bœotiæ, Plin. lib.3.c.1.
§. Vacca alba, inſul. Iberniæ adiacens in Conactico mari, Oſſalleuanus.
Vacca, op. Numidarum, forum rerum venalium celebre.
Vacca, flu. eſt Luſitaniæ in Hiſpania, Plin.lib.4.cap.22.vulg. *Poga.*
Vaccæi,pop. ſunt Hiſp. citerioris, Plin.lib.4. cap.20.
Vaccenſes, à Vacco. Silueſt. Vaccenſes fatigari Regis ſupplicijs.
Vaccus Dux Fundanorum in Priuernati bello, Liui.lib.8.
Vacomagi,pop. ſunt Britanniæ inſ. Ptol.
Vacontium,opp. eſt Pannoniæ inferioris, Ptol.
Vacorium,op. eſt Norici, Ptol. Hodie Villacum.
Vacuna, dea quæ præerat otioſis & vacantibus, Feſt. & Ouid. lib.6. Faſto.
Vacunæ, ſacrificabant agricolæ,quum poſt collectas fruges quieſcebant.
Vada nomen retinet inter Volaterras & Piſas, Ipano.
Vadata, ciu. eſt Cappadociæ, Ptol.
Vaddaſi,pop. ſunt Mediæ, Ptol.
Vadeeni,pop. ſunt Arabiæ Felicis, Ptol.
Vadicaſſi,pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Ptol.
Vadimonis lacus eſt in quo fluctuant inſ. Plin. lib. 2. cap. 95. vulg. *Lago de Baſſanello.*
Varromion,vrbs inter Syriam & Armeniam, Steph.
Vaeſapa,ciu. eſt Armeniæ minoris, Ptol.
Vafriæ,quæ Aceræ,op. eſt Latij,quod interiit.
Vaga,op. eſt Cirteſiorum in Africa, Ptol.
Vagæ,arum.op. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Vageni,pop. ſunt Ligures Ciſalpini, Plin.lib.3.
Vagenſe, op. eſt Africæ propriæ, Plin. lib.5.c.4.
Vaguritum,op. eſt Galliæ Lugdunenſis, Ptol.
Vagum,prom. eſt Corſicæ inſulæ, Ptol.
Vala,opp. eſt in Thracia, Ptol.
Vala,oppid. eſt Mauritaniæ Tingitanæ, Ptol.
Valentia,opp. eſt prouinciæ Narbonenſis, Ptol.vulg. *Valence.*
Valentis,Banaſa cognominata opp. eſt Mauritaniæ.
Valentia, ciu. eſt Hiſp. citerioris, Plin. lib.3. cap.3. Ptol.lib.2.c.10. & Mela lib.2.
Valentini,pop. ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Valentinum,quod Petoſolum,opp. eſt Calabriæ.
§. Valentinus, Pontifex Romanus,ann.827.
Valentinus, hæreticus quidam,anno ſalutis 142.
Valeria, via celebris eſt in Italia, Strab. lib.5.
Valeria,ciu.eſt Sardiniæ inſulæ, Ptol.
Valeria,ciu. eſt Celtiberum in Hiſp. Ptol.vulg. *Cuenſa.*
Valerienſes,pop. ſunt ab vtraque Valeria, Plin.lib.3.
Valerij,prius Valeſij ſunt appellati,ſicut Furij,Fuſij, Quintil.
§. Valerius Martyr. Iberniæ Rex, & vnus ex Collegio Vrſulanarum virginum.Ocahaſa vindicat 4.c.9.
Valerius, L. Valeſij filius à Romanis publicola appellatus de Veientibus, & Sabinis triumphauit.
Valerius alius, M. Publicolæ frater, Conſul cum Poſthumio Tuberto, Sabinos deuicit.
Valerius Coruinus, Tribunus militum, qui reliquias Gallorum Senonum vicit, Liu. lib.7.
Valerius Leuinus, Conſul cum Pyrrho prælio in Lucania congredient infæliciter pugnauit.
Valerius Leuinus alius, qui contra Philippum Regem Macedoniæ fœliciter bellum geſſit, Liu. lib.7
Valerius Flaccus, qui Conſul fuit cum Catone, Liu.
Valerius Soranus, poëta, quem Cic. doctiſſimum togatorum appellat interfectus à Pompeio.
Valerius Antias, ſcriptor hiſtoriæ ſæpè teſtis citatur ab authoribus vt à Liuio.
Valerius Procillus, militauit ſub Cæſare.
Valerius Maximus, ſcripſit dicta, ac facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem.
Valerius Flaccus poëta ſcripſit Argonautica.
Valerius Martialis, Epigrammatum ſcriptor.

Valgius,

Digitized by Google

Valgius, Apollodori diſcipulus, Quint. lib. 3. c. 5.
Valina, op. eſt Pannoniæ ſuperioris, Ptol.
Vallæ, arum, ciu. eſt Pieriæ in Macedonia, Ptol.
Vallei, pop. ſunt Macedoniæ mediterranei.
Vallonia, dea putabatur, quæ vallibus præerat.
Valon, flu. eſt Mauritaniæ Tingitanæ, Ptol.
Vama, ciu. eſt in Hiſp. Ptol.
Vamacures, pop. ſunt Africæ propriæ.
Vamicela, ciu. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Vamulta, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Vanaceni, pop. ſunt Corſicæ inſulæ, Ptol.
Vandali, pop. fuerunt qui inuaſerunt Europam.
Vandali, Hiſpaniam penetrantes Bæticam ab ipſis occupatam Vandaliam nominarunt. Vulg. *Andaluzia*.
Vandalia, Regio Europæ à Vandalo flu. qui regionem præterfluit, à qua Vandali populi.
Vanduata, ciu. eſt Britanniæ inſulæ, Ptol.
Vangiones, pop. ſunt Galliæ Belgicæ, Plin. lib. 4. c. 17. vulg. *Les de Spira en Alemaña*.
Vanneres, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Plin. lib. 4.
Varadanus, flu. eſt Sarmatiæ in Europa, Ptol.
Vardæi, pop. ſunt Liburniæ. Plin. lib. 3.
Varduli, pop. ſunt Hiſpaniæ conuentus Clunienſis.
Varia, op. Hiſpaniæ citerioris, Ptol.
Varia Apulæ, op. eſt Apuliæ, Plin. lib. 3. c. 5.
Varica, ciu. eſt Iberiæ regionis Aſiæ, Ptol.
Varicum, vel Auaricum, oppid. eſt Aquitanicæ mediterraneum.
Varinates, pop. ſunt Sabinorum in Italia.
Varinnæ, arum, opp. ſunt Germaniæ.
Varramus, flu. eſt Venetæ regionis, Plin. lib. 3. vulgò. *Coloro*.
Varro, poëta ſatyræ ſcriptorum peritiſſimus, Quint.
Varueria, ciu. eſt Liburniæ, Ptol.
Varus, fluu. eſt terminus inter Galliam, & Italiam Strab. lib. 4. ab initio.
Varus, locus in Hiſpania.
Vaſatæ, vrbs eſt Galliæ Narbonenſis, Vulg. *Baſas*, Paul. ad Auſonium.
Vaſarij, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ, Ptol.
Vasbaria, op. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.
Vaſconas, pop. ſunt Pyrenæi montis accolæ, Plin. lib. 3. vulg. *Les del Reino de Nauarra*.
Vaſentum, op. Veontiorum in Gallia Narbonenſi, Pomp. lib. 2. in deſcript. Galliæ.
Vates, pop. ſunt Galliæ, Strab. lib. 4.
Vaticanus mons, ſiue collis eſt prope Tyberim in vrbe Roma vulg. *Borgo nuouo*, & *Borgo vecchio*.
Vaticanus, dictus, quod eo potius ſit populus Rom. vatum reſponſo.
Vaticanus ager, & Deus agri præſes dicebatur à vaticiniis, Gel.
Vaticanus, ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo in quo S. Petri baſilica eſt.
Vatinius, vir primò Ciceroni aduerſus, poſteà ita amicitia præuaſuit, vt duobus iudiciis ab eo defenſus ſit.
Vatinianus, a, um, vt carmina Vatiniana, Catull.
Vatinianum odium, pro capitali, ac vehementer acerbo.
Vatrenus, flu. eſt in Padum defluens, Plin. lib. 3.
Vatuca, caſtellum eſt in finibus aburonum.

V. ANTE B.

Vba, opp. eſt Africæ ſub Adrimytto, Ptol.
Vbij, pop. ſunt Galliæ Belgicæ ad Rhenum, Plin. Vulg. *Les de Colonia*.
Vbiſci cognomine Seſignani, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Vbrix, ciu. eſt Libyæ interioris, Ptol.

V. ANTE C.

Vca, ciuitas eſt in Media. Ptol.
Vcalegon, nobilis Troianus qui ob ſenium armis abſtinebat tempore Troiani belli, Hom. 3. Iliad.
Vcenæ, ciu. Trocmorum in Galatia, Ptol.
Vcenni, pop. ſunt in Alpibus, Plin. lib. 3. c. 20.
Vcitanum maius, & minus, oppida ſunt Africæ, Plin.
Vcultuniacum, quod Turiga op. eſt Bæticæ.

V. ANTE D.

Vdacepſis, mons eſt Armeniæ maioris, Ptol.
Vditta, opp. eſt Africæ inter Syrtes.
Vdura, ciuitas eſt Iaccetanorum in Hiſpania, Ptol.

V. ANTE E.

Veamini, pop. ſunt in Alpibus, Plin. lib. 3. c. 20.
Vectis, inſ. eſt in Oceano Britannico, Ptol. vulg. *Vuycht*, in qua opp. *Calborck*, & *Neupert*.
Vectones, pop. ſunt Hiſpaniæ citerioris, Plin lib. 3.
Vedra, flu. eſt Britanniæ inf. vulg. *Veere*.
Vedui, pop. ſunt in Hiſpania.
Vegeri, Aſiæ popul. Cappadocibus, & Armeniis Vicini, Pomp.
Vegetius, Fl. Renatus ſcripſit de re militari, Volat.
Vegium, op. eſt in Illyrico, Plin. lib 3. c. 1.
Veia, venefica quædam mulier, cuius meminit Hor.
Veiens, ciuit. eſt in Thuſcia, quæ à Thuſcis Larthenianum dicta.
Veieus, op. ab Æniania pelagis conditum fuit.
Veiens, ab ipſorum nomine ſuorum, appellatum eſt.
Veiens, poſteà Hetruſco vocabulo Larthenianum dictum.
Veientani pop. ſunt Hetruriæ, Plin. lib. 3. cap. 5.
Veientanus, a, um, à Veiento, vnde Veientanum vinum.
Veios, dicimus vrbem in Hetruria, quam Camillus cepit.
Veij, orum, ſiue Veientes, pop. fuere prope Romam, Plin. lib. 4. cap. 17.
Veiouis, deus dicebatur, cui dempta, ac detracta eſſet iuuandi facultas, Gell. lib. 5. c. 12.
Veilumbra, vetuſta eſt Veiorum proles. Cato in orig.
Veilumbra, itaque dicitur, quaſi vera antiqua Vmbria.
Veilabrum, alueus per quem fluebat Tyberis, Ioann. Ann.
Velabrum, locus Romæ iuxta Aventinum, quod ratibus, ac velis eo veherentur triumphantes Romani cum Pompa, Suet.
Velauni, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ, Ptol.
Velauni, pop. ſunt in Alpibus poſiti, Plinius lib. 3.
Velaunodunum, op. eſt Gallorum Senonum.
Velia, ciu. eſt Cariſtorum in Hiſp. Ptol.
Veliates, pop. Liguriæ Cisalpini, Plin. lib. 3. c. 5.
Velienſes, pop. ſunt Hiſpaniæ citerioris, Plin. lib. 3.
Velia, opp. eſt Lucaniæ in Italia ad mare ſitum, *Donde oyſe ve Torre de mare della Brucca, en Baſilicata*, Virg. 6. Æneid.
Vellienſes, pop. ab oppido Latij, quod interiit, Plin.
Velia, ciu. in Aquitania, Strab.
Velia, op. eſt Calabriæ, quod prius Elea à paludibus dictum.
Velina, regio in vrbe Palatino, monte coniuncta.
Velina dicta quod ibi paſtores palatini vellere lanam ſint ſoliciti, Plin. lib. 33. c. 2.
Velinus lacus, ponitur in Italia, Plin. ibidem, vulg. *Lago de pie di Luco*.
Velitræ, arum, ciu. eſt Volſcorum in Italia, Plin. vulg. *Bellitre*.
Veliternæ, pop. ſunt Italiæ à Velitris, Plin lib. 3.
Vellanis, ciu. eſt Myſiæ ſuperioris, Ptol.
Verlares, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ, Plin. lib. 4.
Vellegij, pop. ſunt Libyæ, interioris
Velliacollis, pars eſt Palatini montis Romæ, Sempr.
Vellica, Hiſp. ciu. vulg *Victoria*.
Vellocaſſes, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Plin. lib. 4.
Vellocaſſes, pop. Galliæ Belgicæ Cæſ. in comm.
Veltæ, pop. ſunt Sarmatiæ in Europa, Ptol.
Veluca, ciu. eſt in Hiſpan. Ptol.
Venafrum, colonia eſt Romanorum in Campania, Plin. Vulg. *Venafri in Abbruzo*.
Venafranus, a, um, à Venafro vt Oliua Venafrana, Hom.
Venani, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4.
Venaria, inſ. eſt mari Thuſco, Plin lib. 3. c. 6.
Vendelia, ciu. eſt Autrigonum in Hiſp. Ptol.
Vendenis, ciu. eſt in Myſia ſuperiori, Ptol.
Vendiarij, pop. ſunt in Alpibus ſiti. Plin. lib. 3.
Vendum, pop. eſt iuxta Alpes poſitum, Strab. lib. 4.
Veneca, ciu. eſt Mediæ mediterranea, Ptol.
Venedici, montes ſunt in Sarmatia Europæ, Ptol.
Venedicus, ſinus eſt in eadem Sarmatia, Ptol.
Veneli, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Ptol.
Venelicaſi, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Ptol.
Veneliocaſſos, inter Arnuios, & Samnitas ponit Ptolemæus.
Veneria, opp. Bæticæ, quod alio nomine Nebriſſa, vulg. *Lebrixa*.
Veneris, inſula adiacens Cyrenaicæ regioni, vulg. *Iſla del Patriarca*.
Veneris templum, Galliæ oppidum inter Pyrenæi promontoria Pomp. vulg. *Cabo de Cruz*, Strab. Aphrodiſium, Ptolem. Veneris portus.
Veneti, pop. ſunt Galliæ Lugdunenſis, Plin. lib. 4.
Veneti pop. ſunt Italiæ in regione Veneta, Troiana ſtirpe orti, quorum regio
Venetia dicitur, Adriatico mari oppoſita, & omnis ora circum ſinum maris poſt Iſtriam, vſque ad oſtia Padi. Vulg. *Marca Treuiſiana*.
Venetia, ciu. inſignis in mari Adriatico, vulgò *Venecia*.
Venetus, a, um, quod à Venetiis eſt.
Venetiæ, alia ciuitas Galliæ, quam Britones incolunt, Cæſ. Vulg. *Vannes*.
Venetulani, pop. ab oppido Latij, quod interiit, Plin.
Venetus lacus, quem Rhenus flu. facit, Pomp.
Venetium op. Corſicæ inſulæ, Ptol.
Venilia, dicta eſt vna quę fingitur Neptuni vxor.
Venilia, dicta ex eo quod ad littus veniat, Auguſt.
Venilia, nympha fuit vxor Fauni, & ſoror Amatę Latinis regis coniugis mater Turni, Virg.
Vennenſes pop. ſunt Hiſp. citerioris, Plin. lib. 3.
Vennotes pop. ſunt Alpini in Rhetia, Plin. lib. 3. cap. 20.
Venonius, hiſtoricus cuius meminit, Cicer. lib. 1. de Legi. Huius hiſtoriam ſe non habere dolet idem Cicero ad Atticum.
Venta, nomen duarum ciuitatum in Britannia, Ptol.
Venulus, Turni legatus ad Diomedem, Virg. lib. 8.
Venus, dea putata eſt, quod ad omnia veniat, Cic.
Veneres, plures fuiſſe declarat Cicer. lib. 3. de Nat. Deor.
Venus, Cœlo & Die nata, cuius in vrbe delubrum quę ex Bacchę Cupidinem & Gratias genuit.

